



**Ioannis De Lvgo Hispalensis, Societatis Iesv, S. R. E. Tit.  
S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis, Dispvtationes  
Scholasticæ, Et Morales De Virtvte Fidei Divinæ**

**Lugo, Juan de**

**Lugduni, 1656**

Dispvtatio XII. De necessitate fidei ad salutem, & priùs de necessitate  
medij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81031](#)

pro illa parte ferendum. Tunc ergo, quandiu voluntas non determinat intellectum ad affectum viuis partis, manebit viraque apprehensio sine iudicio, & cum viraque apprehensio proponat obiectum, altera ad odium, altera ad amorem Petri, poterit voluntas alteram eatum sequi, & elicere actum absolutum amoris, vel odii, sicut posset ex iudicio probabili. His tamen causis raro, ut dixi, continget, quia voluntas regulariter soleat applicare intellectum, & cogere, ut sententiam profera, iudicando de maiori factem probabilitate viuis partis, vel de aequalitate probabilitatis, vel aliquo alio modo.

DISPUTATIO XII.

De necessitate fidei ad salutem,  
& prius de necessitate  
medij.

- SECTIO I.** *Verum fides sit necessaria ad salutem necessitate medij.*

**II.** *Sine fide fundata in reuelatione Dei non fieri vllum opus meritorium salutis eterne.*

**III.** *Argumenta contra fidei necessitatem proponuntur, & dissoluuntur.*

**IV.** *Virum semper facerit, vel nunc sit necessaria necessitate medij fides explicita Trinitatis & Christi.*

**V.** *An fides explicita Dei remuneratoris sit necessaria necessitate medij.*

**D**e hoc agit Sanctus Thomas questione 2. articulo 3.4.5.6.7. & 8. vbi aduerte tium articuli tertij non esse possum iuxta mentem S.Thomae. Sic enim habetur: *Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem.* Et tamen postea in fine responsionis in corpore solum concludit: *ad hoc quod homo perueniat ad perfectam visionem beatitudinis, praexigitur quod credat Deo;* non autem dicit *supra rationem naturalem;* & in principio articuli, unde titulus articuli desumi solet, *solum dicit;* videtur quod credere non sit necessarium ad salutem; quare hic deberet esse titulus. *Vtrum credere sit necessarium ad salutem;* non enim agitur in hoc articulo de qualitate obiecti credendi, sed de necessitate aliquid credendi. Est autem haec necessitas duplex; altera medij; altera precepti: de prima agemus in hac disputatione, de secunda disputatione sequenti comprehendentes doctrinam hominum articulorum.

## SECTION I.

*Vtrum fides sit necessaria ad salutem  
necessitate medy.*

**I** Necessitate medijs dicitur necessarium illud,  
Necessarium  
necessitate  
medijs quid  
dicitur.  
N fine quo etiam inculpabiliter omisso non  
potest haberi salus. De differentia autem inter

necessitatem medijs, & precepit dixi *disput.*, de Eucharistia *scđt.* 1. qua videti possunt, neque hic sunt itetum repetenda. Nunc ergo agimus de necessitate medijs: & in hoc sensu est gratus difficultas, an fides sit ira necessaria, ut nullus vnguam sine fide saluari possit, cum sola naturali cognitio-  
ne Dei, & boni honesti. In qua fuit opinio, vel er-  
ror Pelagii docentis, non solum hominem sine auxilio gratiae posse credere, sed etiam in lege na-  
tura potuisse hominem saluari sine notitia aliquius  
veritatis reuelatae, sed cum notitia ex viribus na-  
ture, vt refert Augustinus *heres* 88. & 1. de  
gratia Christi *cap.* 41. & *lib.* 2. *cap.* 26. omittit etiam  
Manichaeos, qui contendebant, nihil esse credon-  
dum, quod non possit cuidenti ratione demon-  
strari, contra quos late Augustinus *lib.* de utilitate  
credendi.

Inter Catholicos non defunt, qui dicant, hominem posse in aliquo casu iustificari sine actu fidei. Ita docuit Vega lib. 6. in Tridentinum, capite 17. 20. & 21. Vbi dicit, se multis annis de te hac cogitasse, & cum viris doctissimis consultisse. Idem tenuit Sotus 2. de natura & gratia, cap. 11. in 1. edit. postea tamen re melius inspecta, cum sententiam prudenter retractauit in 2. edit. & in 4. distinct. 1. quaslibet 2. art. 3. & in fine 4. retract. 4. Differ tamen Vega à sententia Sori, quod Sori postuler auxilium gratiae saltem ad actum voluntatis, quo se homo ad iustitiam disponit: Vega vero nullam supernaturalitatem videret desiderare, nec quoad substantiam, nec etiam quoad modum ex parte intellectus, & voluntatis. Alij tamen predictarum sententiarum temperante postulantes cum ex parte intellectus aliquod auxilium gratiae, licet non ad credendum, sed ad cognoscendum rancum obiectum honestum, vel bonitatem Dei per nobiliorem notitiam, quam ex viisibus naturae haberent. Fundamenta vero huius sententiae postea adducemus. Alij est contra ira necessaria esse dicere fidem ad salutem, vt nec de potentia Dei abdela potuerit fieri voluntas supernaturalis sine cognitione supernaturali rerum fidei: quos retinat Turrianus diff. 25. dub. 3. & Coninch. diff. 14. dub. 8. num. 94.

Communis, & vera sententia docet, nemini adultrum de facto posse iustificari nisi aliquo acto fidei. Dixi *iustificari*: quia si ponatur aliquis qui habens iam habitum gratiae in baptismi sufficiplum, & qui postquam ad vnum rationis venit, statim moritur ab illo eo quod habuerit occasionem credendi, vel negandi, immo nec cogitandi de rebus fidei; non video, cur iste non falset sine actu fidei, nam licet moriatur adulterus, nemen tamen fuit adulterus, quasi formaliter illa natura, cum circa eam nunquam ut adulterus haberit occasionem operandi. Quod item necat Suarez in presenti disput. 12. sect. 2. num. 10. quem quia non vidit Gratiand. dixit tract. 10. disput. 1. num. 9. neminem dicere, quod ille puer possit salvare sine actu fidei. Quæstio igitur solum procedit de adulto peccatore, qui debet iustificari, & salutem; & de hoc dicimus cum communione habeere actuum fidei ante ipsam iustificationem. Autores pro hac sententia vide apud Valentianum in presenti quarto. 2. punto 2. quam etiam sequitur Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 28. sect. 2. & in presenti disput. 12. sect. 2. & alij omnes communiter.

Probatur primum ex Scriptura passim doctrina  
sine fide neminem accipere salutem. Paulus ad  
*Rom.*

*Rom. i. & ad Galat. 3. probat ex illo Habacuc. In suis ex fide viuit. Item ad Galat. 2. Ex operibus legis non iustificabitur omnis, sed per fidem. Ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Accedentem ad Deum oportet credere. Et passim in suis epistolis. Afferri etiam potest illud Sap. 9. Per sapientiam sanatis sunt quinque ibi platerunt a principio, id est, per fidem, ut explicat Ambros. 1. Timothei. 3.*

*Secundo probatur ex Conciliis, Arausio. & Mileuitan. quae adducit Valentia vbi supra, Tri-dentino fessione 6. cap. 7. vbi de Baptismo dicitur, quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contingit iustificatio. Et cap. 8. Fides dicitur esse humana salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, & cap. 6. dicit, disponi homines ad iustitiam, dum diuina gratia adiunxi; fidem ex auditu concipientes; liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, que diniriunt renata, & promissa sunt. Tertiò probatur ex PP. Augustino sermone 38. de tempore: Sine fide, inquit, nemad filiorum Dei conformati potest peruenire, quia sine ipsa neque in hoc saeculo quisquam iustificationis consequitur gratiam, neque in futuro vitam possidebit aeternam; vide alia plura testimonia Augustini, Itenei, Baffilij, Ambrosij, & Leonis apud Valentiam, quibus addit eundem Augustinum lib. de natura & gratia cap. 2. vbi sic ait. Si natura humana sibi posset sufficere ad implendam legem; perficiendamque iustitiam, de premio debet esse secura, etiamque fides aliquo tempore emularint sanguinis Christi, & poeta. Quod si poterit, aut potest: hoc & ego dico quod de lege dicit Apost. ad Galat. 2. ergo Christus gratis mortuus est. quicunque vero Augustinus de lege naturali ait. ibidem. Si hoc ille dixit de lege, quam accepit genera Iudeorum, quanto iustius dicet de lege naturae, quam accepit universum genus hominum: si per naturam iustitia, ergo gratis mortuus est Christus, & poeta subdit: si autem non gratis, ergo omnis humana natura iustificari ab ira iustissima Dei nullo modo potest, nisi per fidem, & Sacramentum sanguinis Christi.*

Dices, praedicta loca intelligi de fide habituali, vel de fide in re, vel in voto, sine qua non potest haberi salus. Sed contra, quia Paulus expressè agit de actu credendi, quando ait: accedentem ad Deum oportet credere. Credere enim ipsum actum significat, nec Patres de habitibus, sed de actibus curarunt, & loquuntur sunt. Deinde non loquuntur de fide solum in voto: quia si hec sufficeret, non bene argueret Paulus, Henoch habuisse fidem ex eo, quod placuit Deo: potius enim placere sine fide, solum cum voto habendi illam. Item non bene diceretur fides principium omnis salutis, & iustitiae, si sufficeret voluntas habendi illam: illa enim voluntas esset fundatum salutis. Deinde de aliis, que sufficiunt in voto, id colligitur ex eadem Scriptura alibi prominent salutem contritionis, aucto voto baptisni, &c. quod nunquam inuenitur de voto fidei.

Adjuerte tamen, Theologos aliquos Recentiores ingeniosè excogitasse tententiam aliam medium, qua ita definitiones Conciliorum, & Patrum tuerentur, vt tamen necessitatem hanc ad salutem magna ex parte temperarent: dicunt enim requiri vere ad salutem cognitionem, quæ sit non ex viribus folius naturæ, sed ex beneficio, & gratia Dei, inquit quæ sit supernaturalis in substantia: quod porosissimum Concilia, & Patres aduer-

sunt Pelagiūn vbluerunt contendente; posse hominem per notitiam ex foliis naturæ viribus habitam disponi sufficienter ad iustificationem, & salutem. Addunt tamen, hanc notitiam supernaturalem non semper esse fidem stāctē acceptam; id est, quæ creditur aliquid propter testimonium Dei reuelantis, prout communiter fide credimus; que ab Ecclesia proponuntur, sed sufficere notitiam de eisdem obiectis comparata ex creaturis ostendentibus nobis bonitatem Dei creatoris, & honestatem virtutis, vel ex aliis rationibus comparata: quæ tamen notitiam dicunt de facto esse supernaturalem; quia postquam Deus eleuauit hominem ad finem supernaturalem, p̄festo est ex parte sua, ut quocies proponitur nobis obiectum aliquod, quod possit terminare voluntatem honestam, undeque nobis proponatur. Deus eleuet nostras potentias, vt simul cum actibus intellectus, & voluntatis naturalibus, quos circa obiectum illud exercet, eliciat etiam alios actus supernaturales intellectus, & voluntatis circa idem obiectum, qui proportionem habeant cum fine supernaturali, ad quem homo de facto supponitur eleuatus. Vnde quando Philosophi Ethnici ex cognitione creaturatum, verbi gratia, deueniebant in cognitionem Creatoris, & vnius Dei supremi, Deus eleuabat corum mentes, ut haberent cognitionem aliam supernaturalem eiusdem Dei per creaturas, vt possent per actum etiam supernaturalem voluntatis Deum colere, & ipsum amare dilectione super omnia, ex vi cuius disponentur ultimè, & proxime ad gratiam iustificationis: quod idem concedunt quoties circa aliquam aliam materiam mortalem exercabant actum aliquem honestum; semper enim disponebant se falso remorè ad salutem, non per actus naturales, sed supernaturales, quos simul cum actibus naturalibus eliciebant. Hanc autem notitiam supernaturalem, quæ sapientia erat euidentis, sicut & notitia naturalis de Deo, & honestate obiecti honesti, plerumque est euidentis; dicunt appellari posse fidem non strictè, sed latè acceptam: sicut, & creatura ipse dicuntur loqui nobis, & enarrare suum Creatorum tanquam lingua ipsius Dei, seu vt liber, in quo legere possumus diuinæ perfections, in quo sensu Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum, & inde nemo excusat potest, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fine Orbis terra verba eorum. Vnde colligunt, quomodo Deus sufficienter prouiderit omnibus media ad salutem, etiam iis, ad quos Christianæ fidei, & Euangelij notitia numquam peruenit. Omnes enim habent aliunde notitiam supernaturalem sufficientem, cui, si voluntate conficiantur, elicere poterunt actus supernaturales veiles ad salutem, non poterunt peccata detestari, & Deum super omnia diligere, & iustificari, quomodo de facto per similem cognitionem, & dilectionem ex ea ortam iustificati sunt Job, & alii similis: non quidem omnino sine fide falso remorè sumpta, sed tamen sine fide illa strictè, quæ in reuelatione fundatur. Ad quod probandum multa latè, & docte congerit Ripalda tom. 1. de ente supernaturali disput. 20. sect. 21. 22. & 23. & disputat. 63. per totam, qui quamus disput. 20. num. 123. & diff. 63. num. 19. & 25. facieatur, le id totum in disputationem folium adducere nihil de re ipsa definiendo, propter communem Theologorum sensum exigentium propriam & strictam fidem ad salutem; fatis

men.

men indicat, quantum in sententiam illam propendat, & quantum probabilitatis ei tribuat. Cuius proculdubio sententia meminii P. Hurtado, qui licet eam typis editam nondum legisset, vidit tamen in manuscriptis illius Auctoris, qui ei Collega erat, & ideo dis. 40. sect. 6. §. 30. fateatur hanc opinionem nihil contra fidem Catholicam continere, quia Paulus Apostolus & Concilia voluerunt tantum probare imbecillitatem naturæ ad iustificationem, & necessitatem gratiæ, quæ datur ex misericordia Christi.

7 Ego fateor, hanc sententiam distare ab illa Andrea Vega, & Sotii, quam ipse Sotus postea retractauit, & quam acerbiori censura notare solent Theologianam Suarez in presenti disputatione 12. sectione 2. numero 5. dicit, esse errorem in fide, Cano, cuius censuram approbat Granado tract. 10. disputatione 1. num. 5. dicit esse eroneam, & forfasse hereticam, Hurtado ubi Sapientia §. 22. cum aliis, quos afferit, dicit esse hereticam: & tamen de hac alia sententia subdit, nihil contra fidem continere: quia nimis Vega, & Sotus dicebant, per notitiam solum naturæ viribus comparata posse hominem ad iustificationis gratiam peruenire, quod tamen hac alia sententia negat, & exigit notitiam supernaturalem & infusam ex mentis Christi.

8 Addo deinde, si sensus huius opinionis esset solum quod sine actu fidei orto ex propositione Ecclesiae potest aliquis disponi ad iustificationem, nihil nouum aut falsum diceret, sed iuxta probabilissimam multorum sententiam, qui ad actum fidei diuinæ ortum etiam ex habitu, quem habemus, dicit, non requiri necessariò, quod obiectum est dæduum proponatur per Ecclesiam. Quem sensus indicat aliquando idem Ripalda, qui sepe dicit, nomine fidei strictæ, quam negat esse necessariam ad singula merita, vel ad omnem iustificationem, intelligi fidem fundatam in testimonio Dei per Ecclesiam proprio. Sic loquitur disputatione 20. numero 115. in fine concludens, quod ante doctrinam externam fidei potest illustrari intellectus cognitione supernaturali ad dilectionem Dei necessaria, & sufficientia. In quibus solum excludit necessitatem doctrinæ externæ. Item numero 120. in fine eodem modo concludit. Ad fidem igitur necessariam ad salutem reuocantur plures cognitiones supernaturales, que sunt ante propositionem Ecclesiae, & assensum intellectus praestitum propter revelationem externam Dei. Et clarius potest disputatione 63. num. 7. ubi dicit, si dem strictam voco assensum obiecti propter testimonium Dei propositum ab Ecclesia ministerio externo, & vocali hominum, qualem habent fideles regulariter fidem Theologicam ex auditu concipientes. Quo etiam modo loquitur numero 20. probans ex Augustino, assistente misericordia & prouidentia supernaturali Dei absque instructione externa ministrorum Ecclesie, posse omnes homines amore prosequi Deum. Quod idem repetit numero 21. in principio excludens propositionem externam Ecclesie, & postea numero 22. in principio dicit, seorsim à fide Theologica, que innititur testimonio ab Ecclesia proprio, proudetur à Deo cognitio supernaturalis bonitatis diuinae, & malitia peccatorum opposita Deo. Et iterum numero 24. paulo post principium dicit: cognitio autem Dei parta ex sola meditatione creaturarum non periret ad fidem strictam, que solum innititur testimonio Dei ab Ecclesia proprio, & denique numero 26. initio

dicit: ceterum non est requisita fides stricta quæ sit assensus revelationis diuinae ab Ecclesia propria. Quia repetitio adeò frequens propositionis Ecclesiae, quam dicit non requiri, viderit limitate prædictam sententiam; sed reuera mens illius auctoris non fuit illorum solum sententiam probare, qui dicunt, possit dari actum fidei diuina sufficiens ad salutem in eo, qui ignorat Ecclesiae propositionem: illa enim sententia non est singularis, quam singularitatem ipse fatetur in hac alia sententia, quam idcirco non audet omnino afftere: & constat satis ex discursu utriusque disputationis, in quo vult probare, sufficere actum supernaturalem ortum ex notitia comparata ex creaturis, vel aliis principiis naturalibus seclusa omni revelatione, aut testificatione Dei, dum tamen actus illius sit supernaturalis, prope semper dicit esse, sufficiente & elevante Deo mente mentem nostram per concussum supernaturalem.

Addo præterea, si sententia illa ita temperatur, vt non excluderetur omnis revelatione, & testificatione à motu illius assensus supernaturalis, magis apparenter, & minus dure sufficiens, posset dicendo nimis per illum etiam actum, hominem crederé Deo testificantem, & manifestandem ipsum per creaturas, quasi per voces, aut liberum à Deo editum ad se ipsum hominibus manifestandum. Nam sicut miracula, signa, arque portenta appellantur à Patribus voces, & ligna, quibus mysteria abscondita Deus hominibus constitutus, & confirmatus; posset etiam aliquo modicu, quod Deus per effectus, & opera naturalia manifestaret intendit nobis attributa sua, quæ sunt supernaturalia illo modo comparata dici posset, scilicet latè fides, quæ homo Deo credit testificantem, & manifestantem hominibus suas perfections. Quem sensum videru etiam ille Auctor, quando indicare; nam dicta disputatione 20. numero 117. ita loquitur: Tertio, efflo, fides stricta elicita ab habitu fidei in re necessaria sit, non improbaretur dicitur cognitionem Dei in creaturis elicatu ab habitu fidei, & habitu fidei non solum ad relationem Dei factam per verbum ipsum, sed etiam factam ministerio creaturarum extendit pofse. Vbi illam etiam appellat revelationem Dei, & clarius numero 120. ad hoc ipsum efficit & ponderat verba Pauli ad Rom. 10. Numquid non audierunt? & quidem in omnem terram tuum sonus erorum, & in fines orbis terra verba eorum. Et dicta disputatione 63. num. 7. sic ait: Fidem latu quo silam, quamcumque cognitionem supernaturaliter homini partam ex testimonio externo creaturarum irrationalium, aut ex inspiratione interna Dei, quem Deus sensu vocem inferit auditus mentis, evadens in interiori schola hominem abesse vocem extensus sonante, vt frequenter docet Augustinus. Proprieteaque cum ipso vocationem dominum significant Theologi, quod amuleta voces externam ministrorum Ecclesie, quæ in auditu externum fidelium testimoniorum defert. Et numero 8. laudes ex Scriptura, & Partibus probat, Deum nobis per creaturas irrationalies loqui adducto iterum testimonio illo Pauli ad Roman. 10. Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei, quod verbum Dei dicit Paulus, auditus est ab omnibus, iuxta illud Psalm. 18. Numquid non audierunt? & quidem in omnem terram existit sonus eorum, &c. quæ Psalmi verba Augustinus, Cassiodorus, Arnobius, & alij Patres de vocibus creaturarum irrationalium intelligunt; & ideo Chrysostom. homili.

homil. 9. ad popul. Antioch. post multa concludit: *Scriba, & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnis homo super terram incendens, hanc vocem audiet, non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram, & iterum idem Chrysostom. Non simpliciter, inquit, auditum dixit, quod humana verba, audire oporteat, & credere sed sublimis est hic auditus: est enim auditus per verbum Dei. Deo sequidem tam loquenti, quam mirabiliter operari aequum crederet, & obedire oportet. Ad quod etiam affer verba Pauli Act. 14. Et quidem non sine testimonio semipsum reliquit, benefaciens de Cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, impletus cibo, & letitia corda nostra, ex quibus ille Auctor concludit: Itaque fides, qua Deo creditimus, auditus, quo Dei verba capimus non solum Deo loquenti, sed etiam operanti creaturas, qua suo asperitu nos pronocant in amorem, & gratitudinem Dei exhiberi posset. Et iterum, prateritis generationes adorantes alios Deos, & à vera fide declinantes inexcusabiles predicas. Paulus quod testimonio veri Dei, quod cœli, & pluvias, tempora fructifera, & prouidentia quotidiana vniuersitatem reddunt, afferit non probaverint. In quibus omnibus locis videtur ideo hanc notitiam infusam appellare fidem, quia habeat pro mortuo testimonium, & voces Dei loquentis nobis, & testificantis ex creaturis suas, qua cum non possint ex se loqui, necesse est, ut si voces sunt, sint voces Creatoris, qui loquitur per ipsas.*

10 Ceterum, licet Auctor ille hanc explicationem in dicet, ut vidimus, credo tamen eam ad maiorem abundantiam artulissi, non ut doctrinam ad eam adstringeret: non enim erat vniuersalis, cum ipse non solum actus illos supernaturales suppletentes pro fide stricta, quando cognoscimus ex creaturis aliqua Dei attributa, qua possunt nobis à creaturis manifestari, sed etiam quoties proponit nobis honestas, vel turpitudo moralis cuiuslibet obiecti, in quod voluntas possit per amorem, vel fugam honeste tendere. Illa autem notitia non accipitur à creaturis, quasi experimentibus loquitionem Dei; quidam enim videmus proximum indigentem, vel benefactorem nostrum opem nostram implorantem, dictamen rationis iudicata honestum subuenient indigenti, benefactori etiam gratios esse, nec tunc recordarum vlo modo Dei, quasi id nobis Deus per dictamen rationis loquatur, sed ex terminis cognoscimus honestatem eorum obiectorum; illa ergo notitia non innititur vlo testimonio vel reuelatione Dei per se, vel per creaturas loquentis, nec ex eo capite poterit vlo modo fides appellari, quidquid sit de aliis actibus, quibus ex creaturis cognoscimus perfectiones Dei, qui scilicet nobis per creaturas manifestant.

11 Sextentia  
huius. Ego de re ipsa ita iudico, difficile, & durum in primis videri concedere, quod absque fide illa, quam strictam vorant, & qua habet pro mortuo veram, & proprium reuelationem Dei, de facto aliquis adultus iustificeretur: deinde non ita durum esse, quod ante fidem strictam praecedat illustrationes, & cognitiones supernaturales, ex quibus procedant aliquae voluntates supernaturales, quibus homo de congruo se disponat ad fidem, & removet ad iustificationem; hoc tamen ipsum in vniuersum, & cum hac generalitate apud me falsum esset. Prima pars huius assertio[n]is, qua negamus iustificationem adulti contingere ante fidem strictam à nobis explicatam, colligi videtur ex

communi Theologorum consensi, propter quem Luius Turrianus in disputationibus selectis centuria 1. censorum Theologicarum, dub. 64. dixit id non posse sine temeritate, & certe negari. Colligitur etiam ex verbis Scripturae & Conciliorum supra adductis, quæ ad minus hoc videntur significare. Hoc enim significare videtur Paulus, dum dicit, accedente ad Deum oportet credere: ille quippe, & tunc potissimum accedit ad Deum, qui ex statu peccati, in quo erat longè à Deo politus, transit ad statum filii Dei per iustificationem, nec potest de fide in voto intelligi, nam Paulus fidem actualem probare volebat in Henoch, quam probat ex eo, quod omnis accedens ad Deum, necesse est, quod credit Deum esse, & remuneratorem esse; quæ probatio fallax esset, si sufficeret fides in voto; sic ut bene probaretur aliquem restituisse iniuste ablatu[m], ex eo, quod præsentiam egit, cum eam potius agere, & non restituere, excusante eum impotentiayel ignorantia, & habendo solum votum restituere.

Nec etiam prædicta verba possunt intelligi de fide illa lata, hoc est de notitia Dei ex creaturis comparata: quia Concilium Tridentinum dicta sess. 6. c. 6. expressè dicit verba illa Pauli, Accedente ad Deum oportet credere, &c. intelligi de fide illa, qua homo liberè mouetur in Deum, deus vera eis, quæ diuinus revelata, & promissa sunt. Notitia autem illa, qua ex creaturis cognoscitur Deus earum auctor, in primis non est libera, sed necessaria, cum sit plerumque euidēs, prout aduersari etiam eam evidenter fatentur esse. Deinde non habet pro obiecto reuelationem, aut promissionem Dei, cum creatura non ostendant, Deum aliquid reuelasse aut promisisse reuelatio enim, & promisso libera fuit Deo, & potuit neutra ponit etiam positis creaturis. De alia ergo fide loquitur Paulus, & de alia intellexit illum Tridentinum, nempe de fide propria, quæ fundatur in reuelatione Dei nobis obfure proposta, & quam ideo liberè acceptare possumus; vel respue, non de cognitione evidenti Creatoris comparata non ex auctoritate, sed ex ratione à posteriori, & quam non liberè, sed necessariò accipimus. Fides autem necessaria ad salutem semper apud Concilia & Pares exiguntur cum libertate ad salutem: ideo enim in Concilio Toletoano IV. cap. 23. tem, semper generaliter dicitur, quod fides debet esse libera, & apud Concilium Augustinum vniuersaliter dicitur *Catera posset hominibus, credere autem non nisi volens.* Eccl. 3. 8. Et alia libertate ad duximus supra agentes de necessitate imperij voluntatis ad fidem. Vnde confirmari rursus potest, quia fides, quam ex Paulo exigit Tridentinum, tanquam dispositionem ad iustificationem, est de Deo remuneratore, ut constat ex verbis Pauli, & Concilij: vbi nomine remunerationis intelligi remunerationem supernaturalis beatitudinis, quam Deus promisit, certum omnino esse ex Theologorum omnium sententia, docet Suarez illo lib. 6. sect. 3. nnm. 8. certum autem est, hanc remunerationem supernaturalem credi non posse sine reuelatione diuina promissionis, cum creatura naturales ostendere nobis non possint, quod Deus talen remunerationem decreuerit. Fides ergo, de qua Paulus loquituri debet esse fides in diuina reuelatione fundata, & de hac fide intelligit ea verba Basilis cōcione in psalm. 115. Super illa verba Credidi propter quod loquutus sum: vbi commendans fidem, quæ supra rationales methodos animam ad assensum trahit,

hoc

hoc est, supra rationes aliunde habitas, dicit de  
hac fide loqui Paulum verbis illis: *accidentem  
ad Deum oportet credere*, &c. Notitia autem Dei  
ex creaturis non est supra rationales methodos,  
sed ex ipsa naturali ratione deducita, ut constat:  
vnde licet sit actus supernaturalis, innititur tamē  
ratione naturali, & ideo nomine fidei intelligi  
non potuit à Paulo. Alij etiam Patres similiter  
semper distinguunt fidem ab ea notitia, que dis-  
cursu, vel ratione humana nititur, eo quod fides  
sola diuina auctoritate mouetur. Sic loquitur,  
Chrysostom. homil. 32. in Ioannem: *Fide, inquit,  
nō opus est dilectionis*, (Ecce loquitur de fide,  
que necessaria est) *fide inquam, bonorum matre,  
salutis medicina.* Cui fidei postea opponit noti-  
tiā ex rationibus comparatam. *Quis inquit, inquit,  
nituntur rationibus, ante cognitionem veritatem nau-  
fragium faciunt, eodem modo loquitur Augustinus lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 41. his verbis:  
quid agit, aut quid, vel quia, ut ad beatitudinem  
perueniatur, humana se porrigit infelicitas (loqui-  
tur de discursibus Philosophorum). si diuina non  
ducit auctoritas. Quamuis autem ponatur cogni-  
tio illa supernaturalis, tota tamen innititur ratio-  
ni humanae desumpta ex creaturis, nec transcen-  
dit ex parte obiecti, aut motivi argumenta Philo-  
sophica, cum nullo modo nitatur auctoritate di-  
uina, nec ad eos assensus diuina ducat auctoritas,  
sed naturalis ratio, & humani discursus argumen-  
ta, que apud Concilia & Patres distinguuntur à  
fide, sine qua tamen nulli vnuam contingit gra-  
tia iustificationis, ut dixit Tridentinum dicta est.  
6. cap. 7. Hæc de prima parte nostra assertio-  
nis: nunc transeamus ad alteram de fidei necessitate  
ad opera alia meritatoria in ordine ad salutem æ-  
ternam.*

## SECTIO II.

*Sine fide fundata in reuelatione Dei non  
fieri vñlum opus meritorum salu-  
tis æterne.*

13

**D**ixi, minus durum esse concedere actus  
bonos supernaturales ante fidem propriam  
ortos ex cognitione supernaturali Dei ex creaturis,  
vel honestatis moralis tamen absolutè,  
& cum illa vniuersalitate fallim apud me esse.  
Scio enim, aliquos graues doctores ponere de  
facto ante fidem actus bonos naturales ortos ex  
cognitione supernaturali, prope proponuntur  
à Ripalda, qui quoad hoc magis Theologice, &  
consequenter videatur mihi loqui. Et quidem P.  
Vasquez 1. 2. disp. 189. num. 136. & disp. 190.  
num. 132. plene concedit, ante fidem dari in  
infidelibus actus bonos naturales, qui mereantur  
de congruo, & disponant, ad obtinendum donum  
fidei: quam sententiam ex parte tuerit Luisius  
Turrianus de gratia opusculo 2. disp. 4. dubio 26.  
& 27. vbi admittit illa opera fieri ex gratia per  
Christum, negat tamen esse merita congrua res-  
pectu fidei. Vtrumque vero concedit Coninch.

in tract. de fide, spe, & charitate disputat. 14  
dub. 6.

Contra sententia communis est omnium  
fece Theologorum, qui docent, ante fidem nullum  
dari meritum ipsius fidei, & in hoc sensu fidem  
esse initium, & fundamentum nostra iustifica-  
tionis. Videatur Suarez lib. 1. de gratia, cap. 17.  
& lib. 1. de prædestinatione, cap. 16. num. 24. & vi-  
detur esse omnino de mente Augustini, qui sem-  
per reducit primam Dei gratiam in illud auxiliū,  
quod datur ad credendum; quod quia non datur  
ex meritis, ideo dicit primam gratiam non esse ex  
meritis. Ita loquitur libro de gratia, & libero ar-  
bitrio c. 7. vbi ait, id est Apofolium docere, iustificari  
hominem ex fide, non autem ex operibus, non ut  
opera excludatur, sed quia opera iustitia sum ex  
fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illa  
sunt opera iustitia, à quo est fides. Et de prædi-  
natione Sanctorum, cap. 7. id est, inquit, Apofolus  
doceat iustificari hominem ex fide, non ex operibus,  
quia ipsa prima datur, unde imperit cura,  
qua proprie opera nuncupantur. Et præfatione in  
psal. 3. 1. haec ratione ait, conciliari sententia Pauli  
& Iacobi, quorum Paulus dicit, iustificari ho-  
minem per fidem, non ex operibus, Iacobus au-  
tem dicit iustificari ex operibus, & non ex fide  
tantum, quia Paulus loquitur de operibus factis  
ante fidem, Iacobus vero de operibus, quia con-  
sequuntur fidem, vnde concludit; debemus ergo  
nulla opera preponere fidei, ita ut ante fidem di-  
catur quispiam bene operari, & posse inferat opus  
illud Abrahæ, cum voluit immolare filiū, habu-  
isse fundamentum, & radicem in fide, quia quicun-  
que illud opus esset prater fidem, nullum illud  
prodesset. Hoc ipsum repetit lib. 8. questionem,  
quæst. 7. 6. ep. 106. vbi cum dicteret, non exigen-  
dā solam gratiam remissionis peccatorum à Pe-  
legio, rationem reddit, quia hæc non est omnia  
sine merito, quando quidem fides illam impetrat,  
& concludit. Restat igitur, et ipsam fidem vnde  
omnis iustitia sumit initium, non humano tribu-  
mus arbitrio, neque ullis meritis, sed gratiam  
Dei donum esse fateamur, scilicet gratiam veram, id  
est, sine meritis cogitamus; quoniam inde ini-  
piant bona, quacunque sunt merita. Probat autem  
hoc Augustinus lib. de gratia Christi, cap. 3. ex  
illo Pauli ad Ephes. 2. gratia fatus facti estis per  
fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est,  
non ex operibus, ut ne quis glorietur. Ex quibus  
verbis sic concludit: illud ergo, vnde incipit omnia  
non merita, sine merito accipimus, id est, ipsam  
fidem. Videatur idem Augustinus quæst. 2. ad  
Simplicianum in principio, vbi multa habet ad  
hoc propositum, præfertim, ne aliquis arbitri-  
tur, si ideo perceperit gratiam, quia bene ope-  
ratus est, sed bene operari non posse, nisi per fi-  
dem percepit gratiam; & rursus infra, sine  
præcedente misericordia Dei non posse aliquem  
credere, ut ex hoc accipiat facultatem bene ope-  
randi, & alia similia, quæ ibi videri possint, &  
lib. 15. de Ciuitate Dei, cap. 20. sit non esse opus be-  
num, nisi quod procedit ex fide summi Dei. Vi-  
deantur alia plura loca apud Suarez lib. 1. de  
gratia, capite vigesimo, numero, undevicensimo &  
duodecimo.

Eodem modo loquuntur ceteri. PP. Ambro-  
sius lib. 6. in Lucam cap. 7. super illa verba, quid  
molesti estis, &c. misericordia, inquit; præferat  
fides, quia misericordia tunc habet meritum, si fide  
præcedente conferatur. S. Gregorius homil. 19. in  
Ezechielém

Ezechielem super illa verba : *fenestra autem eius & vestibulum, &c.* sic ait : *non virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes.* S. Leo serm. 6. in quadragesima loquens de potu aquae frigidae, &c. sic ait : *de hoc tamen calice non frusta admonet Dominus, ut nomine ipsius prebeatur, qui hac, que per se sunt vilia, fidis efficit pretiosa, & que ab infidelibus ministrantur etiam si sumptu sunt magna, omni tamen iustificatione sunt vacua, & serm. 7. addit rationem his verbis : quia quod non ex fidei procedit veritate, ad premia eterna non pervenit ; alia est conditio operum celestium, alia terrenorum: mundana benevolentia in his, quos adiuuat, habet finem : Christiana pietas in suum transit auctorem. Eodem modo loquitur S. Prosper lib. 1. de vocatione gentium c. 24. initio *Abundè, inquit, his testimoniorum demonstratum est, fidem, qua iustificatur impius, non nisi ex Dei munere haberis, eunque nullis meritis precedebitis tribui, sed ad hoc donari, ut principium possit esse meritorum, ut cum ipsa data fuerit non petit ex ipsis iam petitionibus catena consequantur.* His addit Cyrilum Alex. lib. 4. in Ioannem c. 31. Perrum Diaconum cum aliis Patribus orientalibus, lib. de Incarnatione Verbi c. 6. circa finem.*

<sup>16</sup> Ad hanc testimoniam non potest responderi, sermone monem ibi esse de merito condigno : quod non potest esse ante fidem, non vero de merito congruo, & imperfecto. Hac enim responsio reicitur Primo, ex verbis Augustini supra adductis, vbi concedit meritum ante remissionem peccatorum, negat autem meritum ante fidem, & quidem ante remissionem peccatorum non potuit concedere meritum condignum, sed congruum ergo hoc etiam negat ante fidem. Secundò ex eod. Augustino de prædestinatione Sanctorum cap. 7. vbi probat, Cornelium habuisse iam fidem ante aduentum Petri, quia aliquin eius eleemosyna non fuissent accepta, quod etiam argumentum ad idem usurpauit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4. ad 3. vbi fermo est de merito congruo; nam eleemosyna Cornelij non meruerunt de conguo sed de congruo aduentum Petri, & tamen ex hoc merito colligunt Augustinus & S. Thomas, quod processerunt ex fide. Denique si semel admittas opus procedens ex alia cognitione, quam fidei posse esse meritorum de congruo, difficile probabis, non posse in homine iusto idem opus ortum ex illa cognitione esse meritorum etiam de condigno. Melius ergo, & cōsequenter dicitur, fidem esse principium totius meriti etiam de congruo, quia est principium omnium actuum supernaturaliū, qui soli possunt habere rationem meriti condigni, vel congrui in ordine ad finem supernaturale. Hac etiam de causa fides appellatur in Conc. Trid. sess. 6. c. 8. humanae salutis initium, fundamētū & radix omnīs iustificationis, quia nimis ante ipsam nondum est inchoatū negotium salutis, vel iustificationis, quia omnia, quae ipsam fidem præcedunt, sunt opera naturalia, que cum fine supernaturali nullam habent proportionem. Quibus consonant Araulicanum 2. c. vlt. dicens. *Hoc salubriter confitemur, quod in omni opere bono nos incipimus, sed ipse nullis nostris præcedentibus meritis prius fidem inspirat.* Et Patres Concilij Mileutani in ep. ad Innocentium, que apud Augustinum est 95. dicunt gratiam præuenientem ad omnem effectum supernaturalem necessariam pertinere ad fidem, & esse Card. de Lugo de Virtute Fidei diuina.

Christianorum propriam.

P. Vasq. respondet, ideo fidem appellari initium, non quia semper sit primum meritum, sed quia inter ea, quae necessaria sunt ad salutem, fidis est prima, cetera enim, quae aliquando præcedunt; etiam si sint merita, non sunt necessaria. Hæc tamen expeditio videtur valde violēta, quia non dicitur bene principium aliquius negotij, illud quod est necessarium, si tamen oritur ex alia radice, quemcumque illa sit v. g. inter ea, quae sunt necessaria ad damnationem æternam primum est peccatum mortale, & tamen nemo negabit initium perditionis Iuda fuisse præponendum nimiam ad pecunias, & negligientiam, quam habuit in ea corrīgenda, antequam perueniret ad peccatum mortale: ergo etiam è contra, licet fides sit prima inter necessaria ad salutem: si tamen fides oritur ex merito antecedenti, tunc illud meritum antecedens dicitur principium salutis : nam in hoc sensu Concilium Tridentinum sess. 6. c. 5. defivit contra Pelagium & semi-pelagianos, iustificationis exordium in adultis sumendum esse à gratia præueniente, quibus verbis non solum significat, gratiam præuenientem esse primam inter ea, quae sunt necessaria ad iustificationem, sed etiam ita esse primam ut nihil aliud præcedat, ex quo ipsa oritur, nam totum hoc significat, qui dicit, aliquid esse initium, seu exordium aliquius negotij, alioquin non facit clare definiter contra semi-pelagianos, non præcedere meritum aliquod ante primam vocationem gratiae : nam semi-pelagiani fatentur vocationem gratiae esse primam inter ea, quae sunt necessaria ad iustificationem, atque ideo ab ipsa sumi exordium necessarium, posse tamen aliquando præcedere aliud exordium non necessarium. Hæc autem euasio reuera non habet locum contra verba Concilij, dum vniuersaliter dicit, vocationem gratiae esse exordium iustificationis, quia eo ipso excluditur omne aliud exordium, sive non necessarium, sive non necessarium; ergo similiter, dum fides dicitur simpliciter initium salutis, eo ipso excluditur omne aliud initium etiam non necessarium. Addit, Patres vniuersaliter negare, esse aliud meritum, quod non oritur ex fide vt constar ex locis supra adductis.

17

18

Reicitur in-  
terpretatio  
Patris Cō-  
ninch.

Edē modo reicitur interpretatio P. Coninch. dicens, fidem esse initium inter actus supernaturales pertinentes ad nostram salutem ; posse tamen præcedere aliud initium naturale, nempe actus bonos naturales elicitos ex gratia per Christum. Hic tamen etiam est impropus modus loquendi : non enim est simpliciter initium salutis illud, quod inter actus supernaturales est primum; alioquin possemus etiam dicere, initium totius salutis esse primam gratiam habitualem, quia inter gratias formaliter sanctificantes illa est prima; sicut inter dona supernaturalia fides est prima; neutrū ergo poterit dici simpliciter primum initium salutis, si præcedit aliud meritum prius. Ratio denique congruentiae, cur Deus voluerit fidem esse initium nostræ salutis. seu (quod idem est) quare noluerit, eos actus bonos, qui aliquando præcedunt in infidelis, esse supernaturales, delumi potest ex Paulo prima ad Corint. p. 10. in illis verbis : *nam quia in Dei sapientia non cognovit multus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes.* Quasi diceres, quia nō est Deus, quād sint imbecilles rationes omnes, quae ex natura lumine nobis occurunt, vt nos ad diuinum obsequium efficaciter

A a moueant

mouant; voluit, rotum negotium nostræ salutis  
reducere in scholam fidei, cuius rationem reddit  
in ultimis verbis illius capitii, ut quemadmodum  
scriptum est, qui gloriatur, in Domino glorietur,  
sæc. ut prius dixerat, ut non glorietur omnis caro in  
conspicua eius, ne scilicet nostra ratiocinationi, &  
speculationi attribuamus nostrâ salutis initium,  
si meritum nostrum inveniretur in cognitione  
aliunde, quam ex Dei revelatione habita.

19

etiam si alioquin responso repanda dicentis , requiri fidem ad omne meritum congruum, vel condignum salutis aeterna non tamen fidem strictam , qua fundetur in reuelatione Dei; sed latam, nempe notitiam supernaturalem comparata per discursum, vel ratioinaciones ex creaturis, vel qua virtutis honestas in se ipsa quomodocumque cognoscatur. Hoc, inquam, non satisfacit: quia Patres, quando fidem dicunt, esse principium bonorum operum, & meritorum omnium, loquuntur plane de fide, qua fundetur in doctrina, & reuelatione Dei, prius opponitur notitia, qua aliunde haberi potest ex motiuis, & rationibus humanis. Vnde supponunt, posse contingere, quod aliquando proponantur nobis argumenta & motiua humana bona, propter quae tamen si operemur, non nesciemus salutem aeternam, quia opus illud tunc ex fidei fonte non procedit. Ita enim loquitur S. Leo Papa supra adductus sermone 6. in quadragesimam illis verbis: de hoc tamen calice non finifra admonet Dominus, ut in nomine ipsius prebeatur : quia haec, que per se sunt vilia, fides effici pretiosa. Hac autem admonitione superflua esset, si quoties homo etiam infidelis ex motu misericordiae calicem aqua praebet, id faceret per actum supernaturalis & ex notitia supernaturali. Quia verè sit actus fidei: cuius tamen contrarium supponit S. Leo, dum statim addit; & qua ab infidelibus ministrantur ; etiam si sumptu summa, omni tamen iustificatione sunt vacua. Et rationem dicit serm. 7. quia quod non ex fidei procedit fonte, ad premia eterna non pertinet: alia enim conditio est operum celestium, alia terrenorum. Vbi aduerte, hanc differentiam, quam patres inculcant, non confundite solum in eo, quod vanus actus fit naturalis, & alter supernaturalis, sed debere se tenere aliquo modo ex parte motiui saltem intellectualis; nam sanctus Leo notat differentiam illam, vt moneat nos, ne inutiliter opera bona faciamus, sed curremus, quod sint ex fidei motiui, ut proficiat ad salutem: quod quidcum curare, & praecavere nos possumus. Curare autem, quod sint actus supernaturales, non pertinet immediate ad nostram diligentiam, si, ut aduersarij volunt, Deus semper dat cognitionem supernaturalem cuiuscumque motiui honesti, qua cognitione sit fides, & ex qua oriatur voluntas supernaturalis, & intentionis: quare sufficeret admonere, vt in nostris operibus habeamus bonam intentionem, & finem honestum.

20 Ad hoc etiam ponderari possunt verba Augu-  
stini lib. de spiritu, & littera, cap. 27. qui licet in  
infidelibus vix inquam voluerit bona opera ag-  
noscere, aliquando tamen ea, licet exigua, & rara  
concedit: utilia tamen ad salutem de quibus sic  
ait: *de eis quedam facta legimus*, vel *nouimus*,  
*vel audiimus*, *qua secundum iustitia regulas*, non  
*solum visperare non possumus*, *verum etiam mer-*  
*rito recte laudamus*: *quoniam se discutatur*,  
*quo fine fiant*, *vis innenuntur*, *qua iustitia de-*  
*ciam laudem defensio[n]em mercantur*. *Verum*

tamen, quia non usque adeo in anima humana, imago Dei terrenorum affectuum labi destrita est, ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint; unde meritis dico posset etiam in ipsa imitate vita facere aliquam legem, vel saporem, &c. Adeinde concludit sic non impeditum a vita aeterna infusum quedam peccata venialia, sine quibus haec vita non ducitur: sic ad salutem aeternam nihil profundit impio aliqua bona opera, sine quibus deficillime vita cuiuslibet pessimis hominis inventur. Et ep. 5. ad Marcellinum de antiquis Romanis ait, quamvis caruerint vera pietate, quo eas ad vitam aeternam posset salubri religione perducere; cunctodisse tamen quandam sui generis probabilitatem, que possit terrena ciuitati sufficere, id est ad finem moralem. Vbi notandum est, Augustinus logum de opere etiam bono externo, & non solum de voluntate naturali interna: unde supponit, non debuisset semper interuenire voluntatem super naturalem ortam ex fide: alioquin nullum bonum opus portuisset Augustinus legere, vel audire de Romanis aut Etheonicis, quod non sufficeret ville ad salutem de congruo, si quidem omne opus boni ortum fuisset ex fide supernaturali. Supponit ergo Augustinus, eiusmodi opera bona externa non proficiunt ad salutem; quia non procedebant ex fide, sed ex dulci natura.

Clarius hoc explicat idem Augustinus q. 1 ad Simplicianum, vbi declarat, quid intelligatur de mine fidei, ex qua debent opera procedere, ut si sint meritioria; & dicit, fidem esse debet illam, qua creditur Deo, & hanc debere esse initio virtutis meriti. Non quis se arbitratur inquit, id est, ceperisse gratiam, quia bene operatus est, sed eum operari non posse, nisi per fidem percepit gratiam. incipit autem homo percipiendam gratiam, ex qua incipit Deo credere, vel interiua, vel extensa admittitione motus ad fidem. Ille autem, qui ex principiis solum Philosophicis agnoscat mendacium, aut furtum esse turpe, nisi profus credit Deum, cum de Deo, aut eius testimonio non cogit, ergo apud Augustinum, & Patres, voluntas illa non furandi non procedit ex fide, sed natura datum quem fidei opponunt: ita enim loquitur Chrysostomus hom. 67. ad populum, vbi sit malum esse adeo malum, qui non inerat aliud boni naturae dulci opera, cuis in hac vita aliud premium à Deo non recipiat. Et Hieronymus in cap. 1. ad Galat exprefse dicit, homines carentes fide operari interdum aliquid fuisse, id est honeste, & sine peccati macula. Et postea in caput quintum dicit sine fide posse esse bona opera, siue fides potest esse sine charitate. S. Prokopius lib. contra Collatorem<sup>1</sup>, cap. 26. dicit, etiam propter peccatum manere in homine rationem, per quam possit aliqua opera facere, quæ praesentem vitam honestare possunt, eternam autem vitam confundere non possunt. Fulgentius lib. de Incarnatione, § gratia, cap. 26. dicit, posse esse in infidelibus, aut peccatoribus aliqua bona opera, quæ quia vel charitate non fiunt, vel etiam neque ex fide, sed salutem non profundit. Qui omnes apterunt supponunt, reperiendi de facto opera bona, & honesta, & laudabilia externa, quæ ex cognitione fidei non procedant, atque ideo non interuenient veram fidem actualem, quoties homini proponitur aliquid bonum morale operandum, prout illa sententia yolebat.

Confirmari potest primo, quia si fides nomine intelligeretur notitia illa ex ratione philosophica vel

vel aliunde pioneniens circa honestatem virtutis, vel turpidiem vitij, frustra & inutiliter quæteretur an possit ante fidem dari opus bonum in infidelibus, hoc enim est quætere, an sine cognitione boni, & honesti possit aliquis habere voluntatem honestam, quod est omnino impossibile. Si ergo quocies homo cognoscit honestum, habet actum fidei supernaturalem, non potest quantum sine fide detur opus honestum: non ergo intelligent Patres, & Doctores nomine fidei, nisi actum illum, quo credimus propter reuelationem Dei quando dicunt, omne opus meritorum debere procedere ex fide. Confirmatur secundum, quia fides de qua Patres & Concilia loquuntur, debet esse libera, & voluntaria, ut supra ex eorum verbis vidimus: illa autem cognitione etiam supernaturalis ex argumentis Philosophicis habita non est libera, sed necessaria, & evidens ergo illa non est fides, de qua dicunt esse principium & fontem totius meriti, & operis virilis ad salutem. Restat nunc solvere argumenta, quæ contra hanc communem doctrinam opponi possunt.

## SECTIO III.

*Argumenta contra fidei necessitatem propounderunt, & dissoluuntur.*

**23** *Solumentur argumenta, quibus probatur posse dari meritorum aliquid ad salutem remotum, vel proximum ante fidem; postea vero proponemus ea argumenta, quibus probatur, sufficiere fides illa lata, nempe cognitione supernaturalis non fundata in testimonio, & reuelatione Dei. Primo ergo contra necessitatem fidei ad omne meritorum opponi solet, quia ante assentum fidei præcedit voluntas credendi, quæ quidem est meritoria, imo ipsa est ratio, cur actus fidei sit meritorius, nam tota libertas fidei præcedit in illa voluntate credendi, ac per consequens tota ratio meriti: iam ergo datur aliquid meritorum, quod non procedat ex fide; sed præcedat fidem, Rcspondetur facile, apud Patres voluntatem credendi cum ipsam fidei computari; fides enim completè sumpta includit assentum intellectus, & imperium voluntatis, sine qua fides non esset meritoria, atque adeò cum dicitur, omnia bona merita procedere ex fide, intelligitur semper excepta ipsa fides, & voluntas credendi, quæ non potest procedere à se ipsa.*

**24** *Obiitudo 2.* Sed contra obiectum potest secundo de eo, qui antequam convertatur ad fidem, orat Deum, & petit ab eo lumen, & donum fidei: quæ quidem oratio non videtur inutilis: alioquin frustra ei modi hominibus consuleremus, quod orant. Et tamen illa oratio non procedit ex fide; ergo aliqui actus, qui non procedunt ex fide possunt esse meritorij faltem de congruo in ordine ad salutem. Responderi potest eodem fere modo, nimis, orationem, quæ aliquis serio, & ardenter petit fidem cum vero desiderio credendi Deo super omnia, iam pertinere aliquo modo ad ipsam fidem, & in ratione doni computari cum dono fidei. Hoc enim modo loquitur Gregorius Magnus homil. 9. in Ezechielē colum. 2. dicens: *Opera sine fide non admittare, nisi fortasse proficienda fiant; sicut Cornelius inquit, ante pro bonis operibus meruit audiiri, quam fidelis existat.*

*Card. de Lugo de Virtute Fidei Diuinæ.*

steret. Qua ex re colligitur, quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab Angelō dicitur, orationes tue & elemosyna tua ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, & mox pro eadem ascensione precipitūr, ut ad Simosem mittat qui & venientē prædicare debeat; constat, quia hoc petiit, unde meruit exaudiri. Hac Gregorius, cuius sententia circa fidem Cornelij, licet fortissime verior non sit; id tamen quod supponit, verum est, scilicet opera facta ante fidem non prodeſſe nisi quando sunt pro impetranda fide, nam tunc iam videtur pertinere ad ipsam fidem, & integrare, seu inchoare deum fidei. Ratio autem cetera potest quia iam tunc oriuntur aliquo modo ex ipso lumine fidei, si enim nullo modo illuminaret ipsa fides, nunquam homo vere desideraret credere Deo super omnia, nec adeò serio, & ex animo quereret doctrinam diuinam. Non ergo mirum, quod Deus concurrat iam tunc auxilio supernaturali ad illam voluntatem, quæ non procedit merè ex lumine rationis naturalis, sed ex lumine fidei subobscuro, & quasi ab aurora fidei, & eius crepusculo, ut querat id ē lumen clarissimum, & ore pro illo obtinendo. Quæ ratio à fortiori locum habet in voluntate ipsa credendi, quæ licet non procedat ex assentu fidei, nec ex reuelatione iam credita, oritur tamen ex reuelatione Dei sufficienter proposita; quare non mirum, quod ea voluntas non sit naturalis, quia iam secundum affectum extrahit hominem à schola nature, constitutus illum in schola diuina, in qua ipse Deus vult esse magister, & formare characteres aureos, & supernaturales, quibus eius doctrina scribatur in nostra mente. Quæ doctrina videretur esse S. Thomas infra quest. 83. art. 16. in corpore, quatenus in viuenterum docet, quod Deus exaudiat orationem peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem, quæ pīe & perseveranter petit necessaria ad propriam salutem. Per illa autem verba, ex bono naturæ desiderio procedentem, non intelligit, quod procedat ex solis viribus naturæ, subiungit enim debet esse orationem pīe factam, & quidam ad omne opus pīum requiritur gratia, & eius auxilium: sed intelligit, quod non procedat à peccatore, ut peccator est. Distinguunt enim ibi S. Thomas in peccatoris duo, nempe naturam, quam diligit Deus, & culpam, quam odit: & dicit, orationem, quæ procedit à peccatore formaliter in quantum peccator est, non exaudiari à Deo; illam vero, quæ procedit à natura peccatoris bona exaudiari, non tamen dicit procedere à natura non adiuta viribus gratia. Eandem doctrinam magis expresse explicat Granado in 1. 2. controver. 81. de gratia tract. 6. diff. 1. sect. 5. num. 39. ubi dicit, quocies homo infidelis orat pro obtinendo lumine fidei etiam in confuso cognitus, præcedere illustrationes supernaturales, ut dixerat n. 37. & orationem illam exaudiari à Deo.

**25** *Obiectio 3.* *Referuntur quedam exempla corrum, qui absque vera fide operibus impetrarunt de congruo suum salutem, vel donum fidei.* C.

A a 2 duce

ducebat, à quorundam peruersorum hominum perulantia defendisset, post triduum ab eadem Potamiæna iam gloriola mirabiliter ad fidem conuersus est, & ad martyrij etiam coronam confortatus in premium religiosi obsequij, quod ei præstiterat. Item apud Card. Baronum tom. 7, anno Christi 537. legitur ex Sophronio de quadam Virgine nondum Christiana, qua homini volenti suspedio se interimere, vt creditorum importunitatem fugeret, sua bona omnia dedit quibus debita extingueret, & pro opere hoc misericordia meruit post vitam luxuriosè actam, in extremo mortis articulo spiritu compunctionis, & baptismi gratia mirabiliter donata. Denique, nisi opera ante fidem facta vim aliquam impetrandi haberet, frustra consulimus hereticis, & paganis Deum agnoscensibus, vt à Deo fidei, & veritatis lumen petant, illæ enim orationes nihil impetrarent. Fatendum ergo est, opera omnia bona, tñfati à fide non procedant, habere vim aliquam ad impetrandum saltem de congruo donum fidei, & auxilia supernaturalia.

26  
Responde-  
tur ad alla-  
ta exempla.

Ad hæc tamen exempla responderi potest; & quidem ad aliqua ex illis dici posset, vel opera illa non processisse ab infidelibus, vel certè non meruisse premium supernaturale etiam de congruo: nam in primis eleemosynæ, quas Daniel consuluit Regi Nabuchodonosor, vt peccata redimet, non videbant ordinari, nisi ad aduentandam pñnam temporalem iam imminentem, cuius auersio non esset premium supernaturale, vt constat, vel si velis, ex intentione Danielis fuisse crïa ordinatas, vt Rex placaret Deum in ordine ad supplicium æternum: tunc dicendum erit, Danieli implicitè consuluisse etiam Regi fidem in Deum; nam co ipso, quod vell, t placare Deum offensum, supponeretur quod cognoscet, & credebat esse Deum, quem placare volebat. Quomodo autem orationes ab heretico, vel pagano factæ pro impetranda fide, possint esse supernaturales, & ideo utiliter eis consuluntur, diximus pau- lò ante ex Gregorio & aliis.

27  
Ad illud vero de fœmina illa, quæ meruit in articulo mortis gratiam Baptismi propter hominem multò ante liberatum à voluntario suspen- dio, negari posset illam Virginem fuisse tunc infidelem; aliud enim est, nondum esse baptizatam, aliud vero esse infidelem; imo ex contextu narrationis videtur colligi, iam tunc temporis credidisse; nam ex desiderio, ne ille miser perderetur, dedit ei omnia sua, vt creditoribus satisfacret, & non moreretur: postea vero in ægitudine non dicitur illuminata ad fidem, sed spiritu compunctionis motam desiderasse baptismum. Nec obstat quod dicatur nondum christiana quando eleemosynam dedit, quia hoc solum significat nondum fuisse baptizatam, qui modus loquendi valde visiratus est apud antiquos Partes, vt constat ex Augustino lib. 9. confessionum cap. 3. difficultius est illud, quod de S. Basiliode obiciemus, cui ob honestum officium erga Potamiæna Virginem præstitum, datum fuit donum fidei & gratia etiam martyrij. Quare ac hos, & alios similes casus, qui facile poterunt inueniri, Responderi potest, Basiliode per illud opus in infidelitate factum, nihil saltem supernaturale apud Deum meruisse etiam de congruo; Deum tamen dedidisse illi gratiam fidei non ut premium sui operis, sed ut præmiaret in eo præclara merita Potamiæna, quæ pro eo intercesserat, & quam sibi Basiliode

olle obsequio aliquo modo devinxerat. Sic enim tñquis homo sanctus ora saepè Deum pro aliquo ico, vel confanguineo; Deus autem concedens quod petitur, non præmit amicitiam vel consanguinitatem illius, sed præmit hominem fætum in suo amico, vel confanguineo.

Dices, sicut Basiliode per opus illud naturale portuit à Potamiæna mereri de congruo eius intercessionem pro obtinenda gracia supernaturale cur eodem opere bono naturali non posuit etiam immediatè apud Deum, qui liberalior est, mereri de congruo auxilium supernaturale; Respondeo disserim magnum esse inter Deum, & homines nam homines, vt retribuant pro beneficio accepto, non debent supponere proportionem inter id, quod dant, & id quod accepunt. Deus autem si retribuit, debet inuenire illam proportionem. Ratio autem est, quia homines retribuunt aliquid ex gratitudine, gratitudo autem non attendit ad æqualitatem, vel proportionem inter beneficium, & retributionem: immo quantum minor est propositio, eo maior est gratitudo, quia gratitudo habet reddere aliquid indebitum & laperas omne debitum, vt probat egregia S. Th. 2. quest. 106. art. 6. in corpore; quare quod magis superat debitum, maiore est gratitudo; ad hoc enim tendit gratus, vt vincat liberalitatem beneficioris per aliam maiorem liberalitatem. Deus autem non est capax gratitudinis, quippe que in suo conceptu formaliter dicit imperfectionem, vt agnosce meritis nostris probat ex professo P. Suarez lib. 12. de gratia cap. 3. o. num. 12. & sequentibus; si ergo retribuit, oportet quod retribuat tangam remunerans & præmians. Præmium vero debet supponere aliquam æqualitatem vel saltem proportionem in opere, quod præmitur. Hinc est, illud opus naturale, licet non potuerit nec apud Deum etiam de congruo præmium supernaturale propter improportionem, quam habebat cum eo prædicto posuisse tamen obtinere à virgini illa ex gratitudine auxilium ad donum fidei supernaturale consueendum.

Nec aduersatur huic doctrina id, quod dicitur disp. 24. de Sacramento Pénit. scilicet 4. num. 64. in fine, & numero 68. nempe Deum ex gratitudine posse plus dare martyri reuera occiso, quam illi, qui occidi voluit; aut ei, qui plures peccatores conuerterit, quam ei, qui conuente solùm voluit, & desideravit, vbi supponit, in Deo etiam habere posse locutum actum gratitudinis. Respondeo enim, gratitudinem duos habere aduersos. Primus est, quo qui beneficium accepit, vult benefactori retribuere, vt detitum illud extinguat quod mortuum extinguendi debet honestum est. Secundus actus est, qui, qui beneficium accepit, vult benefactori aliquid retribuere, non solum vt extinguat debitum, sed etiam, vt benefactoris liberalitatem maiori liberalitate vincat. Hunc secundum actum dicimus repugnare in Deo propter imperfectionem, quam inveniuit: nam licet homo posset hunc actum exercere, quia potuerit liberalitatem aliius expiri, à quo liberaliter aliquid accepit, quam liberaliter vult posse maiori liberalitate superare: Deus tamen non potest alterius in se liberalitatem velle maiori liberalitate superare: quia nemo potuit prior erga Deum esse liberalis: quis enim prior ei dedit? aut quis aliquid Deo redidit quod non deficit in immensum minus, quam quod ab ipso Deo prius accepit? Hunc ergo gratitudinis actum,

Deus

Deus habere non potest: potuit autem eum habere virgo Potamiana, quæ prior, à Basilide beneficio affecta fuit, atque ideo potuit ex hoc gratitudinis motu impetrare suo benefactori longè maiora dona, & quæ sine proportione beneficium acceptum superarent, vt benefactoris liberalitatem maiori longi liberalitate superarent. Ad hoc enim gratitudinis genus non requiritur proportio inter datum, & acceptum: inquit quod minor est proportio, & quod maior est in retributione excellus, eo maior est gratitudo. Secus dicendum de primo acto, cuius motuum est extinguere debitum illud qualcunque, de quo actu loquuti sumus in dicto loco de Panitia, qui actus nullam inuoluit imperfectionem, & potest esse in Deo, qui eo modo, quo gloriam extinsecam a ministro Euangelico accipit, & sanguinem, ac vitam a martyre, debet ei aliquam retributionem, quod debitum potest ex gratitudine velle extinguere. Ad hoc autem requiritur, licet non omnimoda æqualitas, aliqua tamen proportionio inter datum & acceptum: sicut enim non potest censeri donatio remuneratoria, in qua id, quod accepisti, nullam habebat proportionem cum eo, quod reddis, sed erit donatio merè liberalis, ut dicunt Iuristi: ita gratitudo non habet pro motu remuneracionem, & extinctionem debiti, si id, quod acceptum fuit, non habeat proportionem cum eo, quod redditur. Si ergo actus, qui non procedunt à fide, sunt naturales, & actus naturales non habent proportionem cum præmio supernaturali, consequens est, vt Deus non possit ex gratitudine dare donum fidei vel aliquid supernaturale intuitu operum naturalium praecedentium.

Instabat tamen quartus, quia licet opera bona naturalia non habeant æqualitatem cum præmio supernaturali, atque ideo non mereantur illud de condigno, adhuc videntur habere aliquam proportionem congruitatis. Quis enim credat, opus honestum naturale egregium, quale esset, omnia sua indigentia largiri, non habete aliquid congruitatem, vt hic homo vocaretur ad fidem, vel pœnitentiam? Respondetur, suppositis principiis reuelatis, ex quibus colligi videntur, naturalia non habere vires ad merendam, vel impetrandam gratiam, reddi posse aliquam rationem à priori huius impropotionis, supponendo non quodlibet opus habere proportionem etiam congruitatis cum quilibet præmio; nam licet congruitatis non sit condignitas, nec æqualitas, est tamen aliquis valor, ratione cuius præmians censematur prudenter moueri ab eo opere ad dandum tantum præmium intuitu illius. Quis enim dicat saltationem Puellæ habuisse congruitatem ad merendam apud Herodem de congruo dimidium Regni? Congruitas ergo etiam ponderat genus operis, & circumstantias personæ, vt in eo genere etiam supra æqualitatem præmialibut, quin non mouetur prudenter præmians, vt intuitu illius operis reddatur tale præmium. Hoc supposito, dicendum viderit, quodlibet opus naturale non habere proportionem cum præmio supernaturali, quia sicut operatio bruti, si esset præmialis, non exigeret, nisi bonum proportionatum bruto; & opus puerile solum exigere præmium proportionatum pueri; ita opus hominis naturalis solum habet proportionem cum bono, quod conuenit homini in statu naturali; & sicut non habet proportionem cum præmio

Card. de Lugo de Virtute Fidei divina.

Angelico, multò minus cum præmio ordinis diuinii. Ridiculum esset, si Rex famulū vitem hospitii, quia euram habuit canis, vel equi in duerlorio, adoptaret in filium, & heredem Regni; minorem autem habet proportionem obsequium naturale vilissimæ creaturæ, vt adoptetur in filiam Dei, & eleetur ad Regnum cœlestis, & hereditatem diuinam.

Dices, licet opera naturalia non possint mere-  
ri gratiam vel præmium aliquod supernaturale  
propter impropotionem, poterunt tamen illud  
impetrare: nam qui orat, & impetrat, non pro-  
ponit merita, quibus retributio, aut remuneratio  
reddenda sit, sed exponit suam indigentiam, &  
implorat liberalitatem, & gratiā illius, quem  
orat: ergo actus naturales etiam sine propor-  
tione cum præmio supernaturali possent deseruire  
ad impetrandum de congruo donum fidei, vel ali-  
quid supernaturale. Respondeo, impetrationem  
esse duplē, prima est, quando concedens id,  
quod pertinet, non mouetur à petitione ipsa, sed  
ab indigentia postulantis, quæ per petitionem  
manifestatur, & hæc non est propria impetratio,  
quia preces non sunt titulus, vel motiuum, cuius  
intuitu res obtinetur: & talis plenaria est im-  
petratio pauperis petentis elemosynam à diuite,  
qui ad dandum non mouetur à precibus, sed ab  
indigentia proximi sibi manifestata; hoc autem  
modo oratio naturalis non diceretur impetrare à  
Deo aliquid supernaturale, quia si Deus mouetur  
solum ab indigentia petentis, hanc indigentiam  
perfecti: sicut intuitus Deus independenter à tali  
oratione, nec per orationem eam cognoscit, cum  
illud esset medium ex se fallibile. Secunda impe-  
tratio est, quando preces ipsa sunt mortuum, &  
titulus ad concedendum, vt Rex ille Euangelicus  
concessit remissionem debiti seruo petenti, & ipse  
testatus est dicens: *Omne debitum dinishisti, quo-  
niam rogasti me;* & hoc impetrationis genus non  
erat aliquo merito; vnde Augustinus impetra-  
tionem & meritum pro eodem accipit, vt constat  
ex epistola 105. Vbi dicit, non solum remissionem  
peccatorū esse gratiam concedendam à Pelagio, quia  
hic inquit, *non est omnino sine merito,* & quonodo  
quidem fides illam impetrat. Et ideo contra Mal-  
silenses definitum sapienter est gratiam non dari pe-  
tentibus, pulsantibus, &c, quia gratia debet esse  
sine ullis meritis. Ratio autem à priori est, quia  
quoties oratio ipsa mouet, & non sola indigentia  
petentis, ideo mouet, quia omnis oratio continet  
aliquid cultum, & obsequium erga illum, qui  
oratur, cui orans se submittit, & cuius dignita-  
tem, & potentiam agnoscit, & ideo ratio numeratur  
inter actus religiosi erga Deum, quia per  
illam verè colimus Deum. Si ergo oratio ipsa mouet,  
debet mouere propter bonitatem, quam ha-  
ber, & non solum, quia proponit necessitatem pe-  
tentis: alioquin etiam illi oratio ipsa esset non so-  
lum naturalis, sed etiam actus indifferens, vel etiā  
malus, p. sicut æquum impetrare à Deo; cum æquum  
proponeret necessitatem petentis. Quod ergo oratione  
à Deo impetratur, ita impetratur, vt Deus  
id concedat intuitu orationis, in qua bonitatem  
inuenit, & meritum aliquod congruum ad talem  
remuneracionem, & per consequens debet habere  
proportionem aliquam cum re, quæ conceditur,  
quam proportionem non habet oratio naturalis  
cum donis supernaturalibus.

Dicunt aliqui, durum videri, & incredibile,  
quod opera bona naturalia egregia, eo quod na-

31  
Imperatio  
duplex.

Prima, quan-  
do concedens  
monetur ab  
indigentia po-  
fulantia.

Secunda, quan-  
do mouetur ab  
petitione.

32

Aa 3 turalia

turalia sunt, nullam habeant congruitatem, ut Deus intuitu illorum moueri aliquando possit ad concedendum aliquid supernaturale. Potest enim Princeps absque imprudentia nota moueri ab obsequiis rusticis, quæ rusticus ei exhibet, etiam quatenus rusticus est, ut eum elever ad altiorem statum, & non solum præmiet donis, & dignitate, quæ maneat in suo rusticō statu. Cur ergo Deus hominem per vires naturæ laudabili-  
ter operantem, & egregiè Deo seruientem non posset eorum obsequiorum intuitu moueri de congruo, ut cum ad altiorem statum supernatu-  
ralem eleveret, & disponere ad gratiam adoptio-  
nis? Quod confirmari posset, quia in statu etiam pura naturæ posset homo in his necessitatibus petere, & impetrare à Deo miracula, quæ cum  
sint supra ordinem causarum naturalium viden-  
tur proportionem non supponere in operibus, &  
orationibus naturalibus. Respondeo, quoad hoc posse esse fortasse controvèrsum de nomine, &  
ideo de hoc non esse multum cōcēdendum, dum constet de te ipsa. Si enim aliquis velit, opera  
bona naturalia posse esse idea bona, & egregia  
ut Deus non imprudenter operetur eleuando ho-  
minem ad statum supernaturalem intuitu eorum  
operum, non multum contendam de hoc: de fa-  
cto tamen dicimus, Deum non moueri nisi ab  
operibus, quæ procedunt ex fide, vel ipsam fidem  
aliquo modo concernunt; quia voluit de facto,  
fidem esse initium, & radicem totius meriti, ut  
loca Conciliorum, & Patrum supra adducta sig-  
nificant. Addo, ea opera naturalia etiam egregia  
non appellari simpliciter merita congrua in ordi-  
ne ad salutem: quia congruitas videret significare  
virtutem aliquam, saltem incompletam, & insuf-  
ficiēt ad aliquem effectum ponendum. Sicut  
autem potentiā mērē obedientias ad effectus su-  
pernaturales non appellatur simpliciter potentia,  
& virtus, quia nullo modo etiam incompletè ex-  
igit tales effectus: ita illa non appellatur simpliciter  
congruitas, quia de se non ordinaretur ad  
tales effectus impetrando. Quod autem subditur  
de miraculis, quæ homo in natura pura posset pe-  
tere, & impetrare de congruo, facilius admitti po-  
test; quia donum, quod homini concederetur,  
esset tandem aliquid naturale in sua entitate, &  
solum supernaturale quoad modum, i.e. in-  
tercederet aliqua Dei actio supernaturalis in sua  
substantia, id parvum referret: quia proportio, vel  
improprio inter mixtum & p̄mūm debet at-  
tendi secundum excellentiam solum doni, quod  
datur: quod si in se non superaret ordinem natu-  
ræ, non excederet etiam congruitatem meriti  
naturalis. Secus verò dicendum, quando homini  
datuſ ſtatus ſupernaturalis, & beatitudine ſuperna-  
turalis, cum qua nullam habent proportionem  
merita naturalia.

Sed contra virgib⁹ adhuc (& sit quinta ob-  
iectio) quia ex hoc sequitur, eum, qui naturaliter  
poterit evidenter Deum esse, non posse iustificari  
quia iste non potest habere aſſenſum fidei, circa  
obiectum evidenter ſcītum iuxta multorum opini-  
onem; ergo dicendum est posse iustificari cum  
notitia Dei abſtrahente à fide, vel ſcientia. Can.  
12. de locis c.4. respondet, obiectum ſcītum esse  
Deum, ut auctorem naturalē, obiectum verò  
credidūm esse aliud, nempe Deum ut auctorem  
supernaturalē; quam ſolutionem bene impugnat  
Molina 1. part. quæſt. 1. art. 1. disp. 1. ex ver-  
bis Pauli dicentis, accedentem ad Deum oportet

credere quid est; ubi hoc ipsum, quod est Deum  
existere, quod est obiectum ſcītum, dicuntur esse  
concedendum. Melius ergo respōdetur iuxta doctrinam  
traditam ſupra, polle vñque idem obiectum  
evidenter ſcītum credi per fidem, etiam dum ſci-  
tur. Quod si hoc negaueris, teneris dicere, illum  
poſſe iustificari, quam primum non aduerterat ad  
rationes, quibus demonstratur eſe Dei pro uno  
enim iam poterit illud credere ex mortuo fidei.

Sexto obiectu, quia etiam Baptifmū dicitur  
medium necessarium ad ſalutem, & tamen hoc  
ſufficiēt explicatur de Baptifmo in re, vel in  
voto; ergo hēc fides dicatur eodem modo ne-  
ceſſaria, poterit hoc intelligi de fide in re, vel in  
voto. Respondeo negando conſequens. Ratio  
diſcriminis ſumitur p̄fertim ex Ecclesiastica  
traditione, que diuertimod̄ intellexit neceſſitatem  
Baptifmi, & fidei, ut aduerterit Valentia in praefati  
puncto ſ. id autem, & Suarez in praefati disp.  
12. ſect. 2.n. 10. ubi adducit Beraardum epift. 77.  
ponderantem, & colligentem hoc diſcretum ex  
ipſis verbis Christi: Qui credidit, & baptizatum  
ſaluu erit: qui vero non credidit, conden-  
nabitur: in quibus aduerterit, clm p̄iū loquuntur  
eſſet de fide & Baptifmo, poitea tamen de fide  
dixisse: qui non credidit condenmabitur quia  
Baptifmū poterit aliter ſuppleri, non vero fides,  
qua non sufficit in voto. Denique colliguntur  
ex natura etiam fidei, quia non requiriſt ad in-  
ſtitiam ſolū ut cauſa ex diuina ordinatione, fed  
ut cognitio, sine qua non proponitur ſufficiente  
voluntati obiectum amandum; quare ipsa fides  
non potuit ſufficiēt in aliquo alio conſiderari,  
neque eam ſolū in voto exigit Paulus, ut fu-  
pra vidimus.

Septimō obiectu Paulus ad Roman. 1. Non  
enim auditores legis iuſtiſiſtū ſunt apud Deum, ſed ſunt  
Etiores legis iuſtiſicabantur. Cum enim gentes, que  
legem non habent, naturaliter ea, que legi ſunt,  
faciunt, ipſi ſunt ſibi lex, &c. Vbi videat Apo-  
lalus ad iuſtiſicationem ſolū exigere naturalē  
cognitionem, qua lex impleatur, ſic enim videat  
acciendi illa particula naturaliter. Respondeo  
tamen naturaliter apud Paulum non excludat au-  
xiliū gratia, & cognitionem fidei neceſſariam  
ad implendam legem; ſed ſolū excludit cog-  
nitionem legis ſcripta, quam gentes non habe-  
bant ſicut Iudei, ita interpretatur Auguſtinus l. 1.  
de spiritu, & littera c. 27.

Octauo obiectu, quia ſi cognitio fidei eſſet  
medium neceſſariū ad iuſtiſicationem, ergo ille,  
qui habet ignoranciam inuincibilē fidei, non ha-  
bet medium ſalutis, quantumcumque legem na-  
turalē obſeruer: ponamus enim hominem apud  
barbaros nullam notitiam fidei habentem, quid  
faciat, ut ſaluu fiat. Si dicas, illuminandum mi-  
raculosē de rebus fidei à Deo, vel Angelo, ſi tu  
men faciat, quod in ſe eſt circa circa obſeruantiam le-  
gis naturalis. Contra, primò, quia iuxta Apo-  
lolum nemo credit ſine p̄dicatione humana deinde  
quid eſt, quod ad miracula recurramus in  
mediis neceſſariis ad ſalutem, cum fine aunculo  
potuisse huic prouideri conferendo illi iuſtiſiam  
per cognitionem legis naturalis?

Respondeo, neminem eſſe adeo barbarum,  
quem Deus non excusat, & illuminer ex gratia  
per Christum in primis ad obſeruantiam legis  
naturalē, quam ſi obſeruer per aliquod tempus,  
ad prudentiam Dei spectat illuminare illum circa  
fidei, vel per humanam p̄dicationem, vel

alio modo, qui non esset miraculosus attenta legge communi Dei, qua decreuit illuminare sufficienter omnem hominem venientem in hunc mundum, & facient quod in se est per auxilia, quae tunc habet, non denegare gratiam illuminationis ad fidem, qua illuminatio sit actus supernaturalis dictans obligationem orandi, vel querendi doctrinam vere salutis; non ita ut opera illa naturalia sint merita congrua ad gratiam, sed solum impediunt obicem peccati, ut alibi dixi. Ceterum ut bene aduerterit noster Molina in Concord. quæst. 14 art. 3. disp. 9 ratus aut nullus ad fidem conuertitur, ad quem mediis hominibus prædicatione non peruenit, qui si sunt, ad quos nulla fidei notitia venerit, raro faciunt, quod in se est; ideo Deus rarissime per se, vel per Angelum necesse habet credenda proponere.

Peres, quale, vel quantum tempus est illud, quo Deus expectat obseruantiam legis à barbaro, ut cum illuminet circa res fidei? Potest enim contingere, quod vna hora obseruet, & non tamen uno anno, quid ergo requiritur, ut dicatur fæcile, quod in se est? Respondeo, hoc tempus non posse à nobis certo praefiniri. Possumus autem verisimiliter credere, hoc tempus non tam ex diuturnitate, quam ex occasionum occurrentia mensurandum esse: deinde censeo non expectare Deum, quod omnia præcepta naturalia occurrant: alioquin sicut nemo potest ea omnia sine fide implere, ut postea videbimus; sic nullus Deus relinqueret potestatem moralem faciendi, quod sufficeret ad salutem. Quare crediderim Deum tale tempus vniuersique designare, in quo etiam sine fide non solum physice, sed etiam moraliter posset occurrentia præcepta seruare; ita ut facient, quod in se est moraliter per auxilia, quae habet per Christum, Deus non deneget suam gratiam illuminationis ad fidem. Durè enim se generet Deus cum homine, cui suam salutem vndeque moraliter impossibilem reddidit. Ad hoc autem, quod sit moraliter possibile seruare legem illo tempore: fatis erit, si in eisdem circumstantiis inueniantur alii, licet pauci, qui eam obseruauerint: quod credo de facto ita semper contingere, neminemque damnari, cui non possit Deus obiicere alium, qui aequalibus viribus, & sub iudicio circumstantis fecerit, quod in se erat, & de facto consequutus fuerit gratiam iustificationis, vel illuminationis ad fidem.

Sed adhuc contra predicta potest esse noua obiectio, quia ad iustificationem solum necessario prærequisitur dilectio Dei; ad hanc autem sufficit cognitio Dei, ut summè boni, quæ cognitio lumine naturæ haberi potest, ergo ante vilam fidem notitiam poterit se homo disponere sufficienter ad iustificationem. Dicit aliquis non requiri dilectionem Dei vñquaque, sed dilectionem supernaturalem, ad quam necessario prærequisitur cognitio supernaturalis. Sed contra, quia dilectio naturalis, & supernaturalis non differunt ex parte obiecti, ut diximus: vñquaque enim potest terminari ad Deum, ut creatorum, & benefactorum per dona naturalia: ergo etiam sine fide potest haberi dilectio supernaturalis sufficiens ad iustificationem.

Respondeo admittendo, dilectionem Dei super omnia, ut creatoris, & benefactoris, &c. sufficiere ad iustificationem: Ceterum ad hanc dilectionem supernaturalem habendam prærequisitur cognitio supernaturalis eiusdem ordinis,

qua iam deberet esse orta ex fide. Sed contra obiectio: quia voluntas pie affectionis prærequisita ad fidem est supernaturalis, ut diximus disp. 10. sect. 3, & tamen ad hanc voluntatem non oportet supponi cognitionem fidei, sed cognitionem supernaturalem prudentiae infusa, qua evidenter cognoscitur honestas credendi, qua honestas posset etiā cognosci naturali cognitione; ergo similiter ad dilectionem supernaturalem Dei ut creatoris potest supponi cognitione evidens supernaturalis, qua cognoscatur bonitas summa Dei, licet eadem omnino bonitas posset cognosci actu evidenti naturali: cur enim ad hanc summam Dei bonitatem non poterit terminari cognitione evidens supernaturalis, sicut ad credibilitatem mysteriorum, quæ naturaliter cognosci poterat, potest terminari cognitione evidens supernaturalis?

Vrgeri potest adhuc difficultas, quia non semper ad iustificationem prærequisitur actus dilectionis Dei: potest enim quis iustificari in Sacramento cum attritione, seu detestatione peccati orta ex cognitione turpitudinis ipsius peccati: quæ turpitudine peccati, futuri v.g. & honestas iustitia, non est cur non cogolocantur independenter à fide sufficienter ad habendam detestationem supernaturalem futuri, sicut honestas credendi cognita evidenter, sufficit ad excitandum amorem supernaturalem credendi, & detestationem infidelitatis; præsertim cum dixerimus actus naturales, & supernaturales non differre penes obiecta diversa, ergo potest haberi attrito supernaturalis sufficiens ad iustificandum cum sacramento independenter à fide, ergo fides non est medium necessarium ad omnem iustificationem. Quod argumentum non solum procedit de secunda iustificatione, sed etiam de prima: potest enim quis ante baptismum solum commississe peccatum futuri: quare potest ex detestatione futri dolere per attritionem, & ignorare invincibiliter obligationem credendi, quam habebar, & baptizari. Cur hic non iustificabitur cum illa attritione supernaturali? aut cur non poterit habere illam detestationem supernaturalem futri independenter ab actu fidei, sicut potest habere detestationem infidelitatis, & voluntatem credendi sine aliquo actu præiuio fidei?

Confirmatur item, quia ponamus hominem, qui solum peccauerit peccato infidelitatis, & per prudentiam supernaturalem cognoscit honestatem credendi, & turpitudinem infidelitatis: & ex hac cognitione detestatur infidelitatem præteritam, & vult post medianam horam credere; non enim existimat se habere obligationem ad positionem credendum statim, sed censet, sufficere non discentire, & credere etiam post aliquam horam, interim autem cum hac detestatione, & propposito confitetur; cui non dicimus hunc hominem habuisse sufficientem attritionem cum Sacramento ad iustificationem: & tamen nondum habuit actum fidei, voluntas enim supernaturalis credendi, & detestationis infidelitatis sit ex vi cognitionis supernaturalis præcedens ad assensum fidei, ergo non est medium necessarium ad omnem iustificationem assensus.

Facto difficultate obiectio: præsentem in mea sententia concedente posse esse actum supernaturalem etiam respectu mortui honesti naturalis, quod reperitur in qualibet virtute. Adhuc tamen dicendum yderit fidem necessariam

A a 4 ad

39

40

41

ad omnem iustificationem, ut loquitiones Scripturæ vniuersales vniuersaliter omnino intelligamus; ad obiectiōē Respondeo, actum dilectionis supernaturalem presupponere necessariō cognitionem fidei; quia licet secula fide Deus cognoscatur vt bonus, & amabilis: non tamen sufficit tota ista cognitione Dei ex motu illo ita proposito, moraliter loquendo, ad excitandum amorem Dei super omnia; manet enim natura ex peccato adeo ad se ipsam conuersa, & ad bonum proprium; ut licet aliquamē Dei notitiam debiliter possit habere, non tamen tamē, quæ efficaciter moueat ad diligendum illum super omnia: ideo dici solet naturam insinuare quidem amorem Dei, id est, aliqualiter ostendere eius amabilitatem, non tamen perficere, quod satis appetit, considerando quam parum tota Philosophia & eius sectatores, secula fide, in hoc amore excelluerint, & quomodo nullus eorum dixerit Deum super omnia, vt bene aduertit P. Vasquez tom. 2, in 1.2. disp. 195. num. 25.

26. in quo sensu dixi Augustinus ep. 107. nos liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidisse: quia scilicet cognitione Dei ex creaturis, & rationibus naturalibus adeo debilis est, ut licet ad aliquam Dei amorem exciterit; non tamen ad eum, quo aliquis Deum similiter, & omnibus suis commodis, & incommode præferat: ad quem gradum amoris excitandum, requiritur cognitione fidei, quæ melius, & efficacius ostendit Dei bonitatem, amabilitatem, & vincula, quibus nos ad suum amorem trahit, & allicit, ex qua cognitione faciliter elicetur cognitione Dei super omnia, quam nullus Philosophus creditur. Abusus: quod à posteriori optimè ostendit debitatem cognitionis naturalis ad excitandum illum amorem super omnia, & efficaciam nostra fidei.

42 Ex quo etiam responderi potest ad confirmationē obiectiōē extendendo doctrinam traditam: nam sicut cognitione naturalis bonitatis Dei non sufficit moraliter ad excitandum amorem illius honestatis super omnia: multo minus sufficiet moraliter loquendo cognitione bonitatis iustitiae, v.g. aut temperantiae ad amorem illius honestatis super omnia, nec vnuquam in aliquo Philosopho talis amor honestatis inuenitus fuit. Potest quidem de facto ista cognitione excitare amorem aliquem honestatis, & detestationis vitij, quales in Philosophis inueniuntur: non tamen super omnia. Cum ergo ad iustificationem etiam in Sacramento requiratur detestationē peccati, non vnuquam, sed super omnia, ut suppono ex materia de Pœnitentia: non satis erit illa, quæ ex cognitione alia haberi potest; sed oportebit nasci ex notitia fidei, quæ altior, & efficiatori modo proponit fœditatē peccati, & obligationem quam habemus illud super omnia vitandi. Fateor ergo, cognitionem honestatis credendi, quæ præcedit ad piam affectionem, non esse actum fidei: nego tamen illam cognitionem excitare sufficienter detestationē infidelitatis, vel amorem fidei super omnia, sed solum detestationē, & amorem ab solutum in gradu aliquo inferiori, qui non sufficiat ad veram attritionem, qualis requiratur ad iustificationem, ad quod sunt verba Gregorij homilia 9. super Ezechiel, parum à principio, vbi sic ait: *Nisi enim aliquid de eternitate in mente videverimus, nunquam in facie nostra paenitendo caderemus.* Quam-

uis autem Deus posset dare cognitionem supernaturalem euidentem adeo robustam, vrvincet illas difficultates; noluit tamen, quia de fato vult nostram salutem incipere à fide proper congruentias, quas adduximus; ad ipsam vero fidem oportuit præcedere iudicium euidentis supernaturale prudentiæ infusa, quia cum ad fidem non posset præcedere fides, debuit vinci difficultas credendi per aliquid iudicium euidentis supernaturale.

Dices licet natura humana ex peccato sit debilis, & omnis cognitione naturalis ex ratione humana deducta non possit naturaliter excutre illius amorem Dei, vel detestationem peccati super omnia: ceterum cognitione supernaturali (etiam secula fide) bonitatis Dei, vel fœditatis peccati qualis est cognitione, quæ antecedit piam affectionem credendi, cur non poterit excutre affectum super omnia? illa enim cognitione sicut est supra naturam, sic affert nouas vires ad robotandam naturam.

Respondeo, ex eo quod cognitione naturalis non sufficit, non sufficere etiam hanc supernaturalem ad excitandum affectum super omnia: quia licet in sua entitate sit supernaturalis, non tamen est cognitione obiecti per aliquid lumen infusum, sicut erat scientia infusa Christi: fed cognitione ex eodem omnino motu, & eiusdem omnino obiecti, quod habet cognitione naturalis: a qua solum differt in sua entitate per ordinem ad diuersum principium non tamen in modo tendenti ad obiectum, nec explicandi, aut repræsentandi illud magis, aut clarius, aut efficacius, quam cognitione naturalis, quia solum repræsentat obiectum quantum per discursum ex creaturis cognosci potest: quare illa repræsentatio non habet maiores vires ad persuadendum, quam cognitione naturalis, sicut litteræ aureæ non magis persuadent, quam litteræ ex atramento, si eandem omnino venturæ, & eadem omnino motu contineant. Altior ergo cognitione requiritur ad detestationem peccati per omnia scilicet ex fide, quæ efficacius, & robustius suadet odibilitatem peccati super omnia.

Decimo obiectu potest, quod fides Christi enī exigatur sāpē vt necessaria ad salutem: & tamen haec necessitas explicari solet, vel de fide implicita, vel de necessitate solum ex precepto, ego licet fides vt sic exigatur vt necessaria, potest intelligi de fide implicita, vel solum ex precepto. Respondere negando consequentiam quæ fides Christi petitur in ea qualiter, scilicet ante Christi aduentum solum implicite, & postea explicite, quare cum tunc iustificaretur homo sine ea fide explicita, non est credibile, actum dilectionis non habere modo eandem vim ad iustificandum: at vero fides Dei à qualiter exigitur ad omnem statum, nec potest esse implicite in alio, & ex modo loquendi, & arguendi Pauli satis colligitur, ipsum agere de necessitate fidei actualis, non fidei virtualis, vel in voto.

Ex dictis autem inferitur obiectus, quomodo sit vera doctrina illa quam multi ex antiquis & modernis tradunt in materia de merito; scilicet, optima bona, & vt sint meritaria vita æternæ, debet referri in Deum, & fieri proper Deum: de quo videlicet potest Suarez lib. 12. de gratia, cap. 10. Quæ vera doctrina difficilis videtur, nam tollerentur de rebus ratione, & factis, & non de ratione, & factis, sed proximum, vel aliquid aliud. Ceterum ex

ex dictis defendi potest in hoc sensu quod licet non requiratur imperium charitatis strictè sumpta; requiratur tamen aliqua ordinario in Deum, seu habere aliquo modo Deum ex parte obiecti motui. Hoc enim ad minus videntur exigere ad rationem menti PP. dum exigunt ad meritum, quod opera fiant propter Deum, & videtur colligi ex illis verbis Matth. 5. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercede habebitis?* & Matth. 10. *qui recipit Prophetam in nomine Propheta, mercedem Propheta accipiet, & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet;* & Matth. 19. *Omnis, qui reliquerit domum, vel patrem aut matrem, aut sorores, &c. proper nomen meum & Matc. 9. qui dederit calicem aqua frigida in nomine meo.* & Luc. 9. *qui recipit unum ex his pusillis in nomine meo.* Hæc enim omnia videntur aliquid exigere supra meram substantiam operis, nempe quod fiat in nomine, seu cum memoria Dei, &c. Hæc autem relatio in Deum ex parte obiecti mortui habetur aliquo modo, quoties homo ex fide mouetur ad illud opus faciendum, iam enim mouetur ex reuelatione Dei, seu amplectitur illud obiectum, quia Deus dicit esse amplectendum atque adeo in actu exercito videtur obedire regulæ, seu consilio Dei: sicut, qui eligit viam, quam amicus ei suadet, & proponit eligendam, iam videtur referre illud opus ad amicum, & obiectum amico, & licet non faciat id, propter utilitatem, aut bonum amici, sed propter utilitatem ipsius operis, quam amicus approbat, iam videtur operari in nomine amici. Sic enim dixit Petrus ad Christum Luc. 5. *In verbo tuo Taxaborerè: hoc est, sequens consilium, vel præceptum tuum.* Sic etiam qui dat calicem aquæ propter diutum Christi, dat illum in nomine, seu in verbo Christi, id est fidem praefmando verbo Christi illud consilientis, & præcipientis: quare in actu exercito honorat Deum, approbando re ipsa, & sequendo eius consilia propter ipsius auctoritatem, quam, ut vidimus habet aliquo modo ex parte mortui.

Hæc autem relatio in Deum in nostra sententia necessaria est ad omne meritum non solum condignum, sed etiam congruum in ordine ad vitam æternam: omnia enim merita debent procedere ex fide ut probant testimonia Patrum adducta, qui videntur hoc ipsum sumptuose ex modo loquendi sacrae scripturæ: nam in hoc sensu Paulus dicit læpe, hominem non iustificari ex operibus, sed ex fide vbi non solum loquitur de prima iustificatione, sed de secunda. Nam de Abraham dicit ad Rom. 4. non fuisse iustificatum ex operibus, sed ex fide iuxta illud quod scriptum est *Credit abraham Deo, & reputavit eum illi ad iustificationem quod de secunda & non de prima iustificatione oportet intelligi ut notauit.* Suar. lib. 12. de gratia cap. 10. num. 17. distinguit autem Paulus fidem ab operibus, hoc est ab operibus, que non procedunt ex fide, hæc enim non profundit ad augendam, vel introducendam iustitiam supernaturalem, & ideo infert bene idem Paulus, *Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam, sed non apud Deum.* Hoc est, si per ea opera, que non procedunt ex fide, auxit suam iustitiam: posset gloriar in se, quia ea opera aliquando fiunt per vires naturales, ut notauit bene Bellarm. libro 2. de iustificatione cap. 19. §. Respondeo. Adduci etiam potest illud ex Iacobi epist. cap. 2. vbi ait, *Abraham ex operibus iustificationem esse offerenter filium suum Iacob super altare.* Addit autem ea

opera debuisse procedere ex fide, ne contradiceret Paulo. *Vides (inquit) quoniam fides cooperatur operibus illis;* id est, fides erat radix illorum operum, alioquin opera non prodicent.

47

Dices hoc modo reddi inutilia multa opera bona, quæ quotidie faciunt homines iusti nihil, cogitantes de motu fidei, sed attendentes v. g. ad misericordiam proximi, & ad honestatem elemosynæ; quod ramen durum videtur, & contra mentem fidelium. Respondeo negando sequelam, quia raro, vel numquam accidit, ut homo, qui semel concepit fidem christianam, & eam habet tanquam certissimam regulam suarum actionum, non attendat illam, quoties vult operari honestè, vel dishonestè. Hæc enim est natura intellectus, ut quando agitur de examinanda aliqua veritate, statim recurrit ad secundum regulam, ut viterit periculum falsitatis: & hæc etiam est natura voluntatis, ut quando inclinatur ad aliquod obiectum, consulat regulas certiores, ut certificetur de bonitate illius obiecti. Hinc est, difficultum esse, quod quando christiano occurrit occasio elemosynæ, vel alterius operis p. j., non statim consulat regulam fidei, quæ est prima, & potissima in lege christiana, ad iudicandum de honestate illius obiecti. Quod si aliquando raro ad eam regulam non attenderit, tunc merebitur solum premium naturale; id tamen ut dixi ratiōnissimum erit. Hoc autem non solum habet Iocum in homine iusto, sed etiam in peccatore fidelis, qui cum habeat fidem, iuxta quam possit regulate suos actus; de ipso pariter dicendum est, quando operatus honestè, celi est semper, aut ferè semper actus supernaturales circa materia omnium virtutum: quod quidem imm. Rito, negliguit. Salas 2. tom. iii. 2. stral. 1. 1. disp. 7. n. 6. exceptis actibus fidei, spei, & aeternitatis, quam non aetus est negare, quia per aeternitatem dilponit se ad gratiam cum Sacramento: sed certe eodem modo debet concedi de actibus aliarum virtutum, nam per elemosynas etiam, & per ieiunias, & alia pia opera dilponit se peccator, & meretur de congreuo spiritum compunctionis, ut constat ex Scriptura, & Patribus: fatendum ergo etiam est, eos actus procedere ex auxilio gratia, & habere proportionem cum gratia, ad quam dilponit, atque adeo esse supernaturales, quod iuxta nostra principia facile declaratur, cum illi etiam actus in peccatore fidei procedant ex fide, ideo enim ieiunat, & dat elemosynam, &c. quia fides dicit, illa esse opera bona, & honesta; quare iam ex parte obiecti habet motuum diuinum, ut vivimus.

Hæc sunt, quæ olim circa hoc punctum nos solvaueram, nunc autem respondere oportet ad eas, quæ P. Ripalda in vitroque loco supra citato ad- dedit ad probandum, postea ante fidem strictam re- percipi de facto merita supernaturalia, imo & di- lata tempore cognitio fidei supernaturalis in testimonio positionem ultimam ad iustificationem ortam ex fide lata, quæ est cognitio evidens, non ex motu revelationis diuinæ, sed creaturarum, vel aliarum rationum, que lumine naturæ oc- currunt. Et in primis dicta disp. 20. sect. 2. n. 11. 3. & sequentibus arguit, quia nisi id concedatur, dif- fícile defenditur, quo modo Deus omnibus in- fidelibus proideat media sufficientia ad iustifi- cationem, & ad salutem. Quod enim dici solet si homo ille faciat, quod in se est, per actus na- turales, & obseruet legem naturalem, Deum illuminatum illum ad fidem, innumeris pa- ter

ter difficultibus, v.g. An debet prius obseruare totam legem, an partem? Si vero totam; ergo diligit Deum super omnia actu naturali. Quid autem, si id faciat, in articulo mortis ultimo, quando iam non potest instrui circa fidem? Ad hoc tamen iam responsum est, Deum scire, quantum temporis, & quanta legis obseruantia à singulis expēctatur, ut illuminari debeant ad fidem. Certum est, posse Deum sāpe ante illud tempus illuminare. Certum etiam mihi est, non exigi integrum legis totius obseruantiam, nec dilectionem Dei super omnia; si quidem neque hanc contingere credo, nisi orietur ex fide propria. Addo nomine illuminationis ad fidem, quam Deus dat facienti, quod in se est, per actus naturales ortos tamen ex gratia per Christum, non intelligi à nobis revelationem, qua Deus per se immediate, vel Angelos instruit illum circa res fidei, neque enim opus est in communi prouidentia recurrere ad hac media extraordinaria; sed intelligi illustrations supernaturales, quibus homo cogit de obligatione examinandi, & inquirendi salutis viam, ex qua cogitatione exciterit ad Deum orandum pro veritate inueniendae, vel ad eam serio quærendam: quod si faciat, Deus magis, & magis eum illuminabit; iam enim per illam bonam voluntatem cepit mereri de congruo, cum admittamus eam esse supernaturalem.

Si autem iis omnibus illustrations correspōderit, & suo debito satisficerit, Deus res ita disponet, vt notitiam habeat aliquam veræ religionis, vel modi, & loci, quo eam debet inquirere.

49

Nec video, si res attēnē consideretur, quomodo ponendō actus illos supernaturales, & dispositionem ultimam ad iustificationem ante fidem, facilitor reddatur salus, & iustificatio eorum, qui fidem non habent. Nam in primis quod actus aliarum virtutum in ea sententia directè disponant, & vt merita congrua, quia supernaturales sunt, in nostra vero sententia solum disponant indirectè remouendo prohibens, ut homo illuminetur circa fidem, parum refert, cum merita congrua non habeant magis infallibiliter suum effectum, quam dispositiones indirectæ, vnde ex eo capite non plures peruenient ad salutem, vel ad iustificationem propter merita illa supernaturalia, quam si fuissent actus naturales disponentes indirectè. Loquendo vero de ultima dispositione ad iustificationem, quæ est dilectionis Dei super omnia, vel actus contritionis perfectæ, certè in ordine ad proximū parum, vel nihil adit facilitatis sententia illa. Dato enim, quod ille actus possit etiā sine fide stricta haberi supernaturalis, & prout oportet ad salutem; vbi tandem reperiemus infideles, qui illa de facta habuerint? Pro quo aduerto, eos, qui cum Catholicæ Ecclesiæ non credunt, dividui posse in plures classes. Nā in iis, aliqui sunt, qui licet non credant dogmata omnia Catholicæ religionis, agnoscunt etiam Deum unum, & verum, quales sunt Turcæ, & omnes Mahometani, atque etiam Iudei: alij agnoscunt etiam Deum trinum, imo & Christum, vt plures hæretici quibus omnibus non redditur facilior salus, & iustificatio in illa sententia, quam in nostra. Nam vel excusantur à peccato infidelitatis, & credibilitatis circa nostram fidem, vel non excusantur. Si non excusantur, in neutra sententia saluari possunt, quandiu fidem Catholicam non amplectūtur. Si vero excusantur propter ignorantiam in-

vincibilem, in utraque sententia saluari possunt. Nam errantes inuincibiliter circa aliquos articulos, & credentes alios, non sunt formaliter hæretici, sed habent fidem supernaturalem, qua credunt veros articulos, atque adeo ex ea possunt procedere actus perficere contritionis, quibus iustificantur, & saluentur. Quod idem dicendum est de Iudeis, si qui sint, qui inuincibiliter errant circa Christianam religionem: possunt enim adhuc habere veram fidem supernaturalem circa Deum, & alios articulos, fundatā in Scriptura sacra, quæ recipiunt, atque ideo ex ea fide possunt habere contritionem, quæ iustificantur, & saluentur, si fides explicita Christi non sit necessaria necessitate medijs, prout illa sententia admittit, de quo postea Denique Turcæ, & Mahometani, si qui essent, qui inuincibiliter etiam errarent circa Deum, & eius diuinitatem; non est, cur non Mahometani possint vera fide supernaturali credere unum Deum, & remuneratorum supernaturalem: hoc enim ipsi non credunt, sed dogma hoc ex traditione non habent, quæ traditio procelis à vera ecclesia si-  
pervenit, & ad ipsos vñque peruenit, licet alij  
admixti sint in eorum secta: quare cum ha-  
beant quoad illud verum dogma sufficiens cre-  
dibilitatis motiva pro eorum capitu, non apparet,  
cur circa illud non possint exercere veram fidem  
supernaturalem, si aliunde contra fidem non pec-  
cant, & consequenter poterunt alij quando in alia  
contritionis perfectæ ex tali fide prodiisse. Quod  
idem dicendum puto de Philosophis antiquis, si  
qui fuerunt, qui verum Deum crediderint super  
omnia: neque enim ipsi ignorarunt fidem, que  
apud alios erat de uno Deo derivata, vel per le-  
pturas, vel per traditionem parentum ad poleros.  
Quam fidem amplecti & ipsi portuerint, sic &  
filii eam à parentibus tradidit amplexuntur.  
Notitia vero illa de uno Deo, quam ex ratio-  
natione Philosophica assequuntur, non quid sit  
in ipsis adeo efficax, ut firmissimo alienus & super  
omnia assentirent illi conclusioni. Vnde si alij  
qui eorum dolorem de peccatis super omnia, &  
veram contritionem conceperunt, non fuit ex al-  
senso per discursum Philosophicam compato-  
rit, sed ex illo alio, quem de Deo ex fide vera pone-  
re habere ut diximus. Ex quibus omnibus con-  
stat non reddi in sententia illa magis scilicet, aut  
peruia salutem, vel iustificationem gentilibus,  
quam in nostra. Cum experientia ipsa confitit,  
eos, qui veri Dei notitiam habuerint, si qui ad  
religionem eius cultum etiā sunt, non habuisse  
notitiam illā ex solis rationationibus Philosophicis, & è contra, neminem, qui talē notitiam  
ex illis rationationibus comparari, peruenisse  
ad religionem Dei cultum, vel ad veram pene-  
tiationem, & dolorem de peccatis super omnia, qui ad  
iustificationem sufficeret: nec ei modo de conser-  
vacione perfectæ in toti infidelib⁹ nullibus, qui apud  
Barbaros quotidie de novo inueniuntur, in vno  
etiam vel altero à ministris euangelij, ante fideli  
doctrinam deprehendi potuerunt.

Sed contra arguit secundo Auctor ille eadem  
dis. 20. num. 52. & 118. & viget illud Pauli ad  
Rom. 1. Renelazur enim ira Dei de celo super om-  
nen impietatem hominum eorum, qui veritatem  
Dei in iniustitia derident, quia quod non est  
Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis mani-  
festauit, inuisibilia enim ipsius à creatura mani-  
di, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicuntur,  
semperiter

Qui cum ca-  
tholica Ec-  
clesia non cre-  
dunt, diuidi  
possum in plu-  
res classes.

Semper tua huic eius virtus, & diuinitas, ita ut  
sunt inexcusabiles. Vbi Philosophi gentiles inex-  
cusabiles redduntur, non solum quia ductu ratio-  
nis naturalis, sed etiam quia illustratione, & re-  
velatione Dei in sua diuinitas, & virtus eius ipsis  
manifestata fuit: ita enim videtur explicare An-  
selmus his verbis: *Dominus manifestauit, id est,*  
*non solum naturalis ratio profuit, sed Deus quo-  
tidie adiunxit, ne sola natura sufficeret videatur,*  
*& qui Deus coram cordibus nostris sui digna-  
tur infundere. & S. Thomas lect. 6. Manifestauit,*  
*inquit, vel interioris infundendo lumen, vel exterioris*  
*proponendo visibiles creaturas, in quibus sicut in quo-  
dam libro, Dei cognitione legeretur. Augustinus item*  
*de spiritu, & littera c. 12. Ab ipso, inquit, lumine*  
*incommutabilis veritatis aures sunt, & obseruatum*  
*est insipientes cor eorum. Non enim sapiens cor, quan-  
tum cognoscent Deum, sed insipientes potius, quia non*  
*sunt Deum glorificanter, aut gratias egrent.*  
Hieronymus in ea verba c. i. ad Galatas, cum au-  
tem placuit ei, qui me segregauerit, &c. sic ait. *Erat lux*  
*vera, qua illuminat omnem hominem: venientem in*  
*bunc mundum. Ex quo perspicuum sit, natura omni-  
bus inesse Dei notitiam, nec quemquam sine Christo*  
*nasci, & habere in se semina sapientiae, & insitiae,*  
*reliquarumque virtutum. Unde multi abs que fide,*  
*& Evangelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua,*  
*vel sancte, ut parentibus obsequantur, ut in opere ma-  
nun portant; magisque indicio Dei obnoxij*  
*stant, quod habentes in se principia virtutum, &*  
*Dei semina, non credunt in eo, sine quo esse non*  
*possunt. Fulgentius de Incarnat. & gratia cap. 17.*  
vbi videtur pionentiam gentilium concedere  
ante fidem his verbis: *Nempe cum ipse Salvator*  
*noster propria vocis imperio humanam conuerit*  
*voluntatem dicens, piontemini, & credite Evan-  
gelio. Claret tamen, quia vi homo in Deum crede-*  
*re incipiat a Deo accipit pionentiam ad vitam;*  
*ita namno credere non posset, nisi pionentiam*  
*dono Dei miserantis accepit. Clemens etiam*  
*Romanus lib. 7. confit. Apofolitic. cap. 34. si-  
gnificat Abramum ante fidem notitiam Dei*  
*salutarem habuisse his verbis: Abraham enim*  
*progenitorum nostrum viam veritatis ex ipsa na-  
tura faciliter capessentem, cum ei appareres tan-  
quam dux deduxisti, cumque quid tandem esset hoc*  
*seculum docuisti, ac fidem eius anteagera est co-  
gito, cognitione vero consequens fuit fides, fidem*  
*autem inseguenda pacio. Accedunt plures Patres*  
*dicentes, ad hoc conditas esse creaturas visibles*  
*vt ex earum consideratione homo excitaretur ad*  
*coendum, & diligendum earum Auctorem, Chry-  
soft. inc. 2. ad Rom. Greg. & Hier. ibi, Ambr. inc. 1.*  
*eiusd. ep. Prosp. lib. 2. de vocatione gentium c. 4. &*  
*alii.*

Hæc, & alia testimonia similia probant ad sum-  
mum, ante fidem dari in homine notitiam Dei, &  
virtutem, quæ reddit illum inexcusabilem; non  
tamen probant, quod ea notitia sit supernatura-  
lis in entitate. Et in primis verba Pauli adducunt  
non minus esse vera, licet detur sola cognitio  
naturalis, & Deus non eleuer ad alium actum su-  
pernaturalem concomitantem de eodem obiecto:  
nam actus ille supernaturalis, quem contraria  
sententia addit, non est de alio obiecto formalis,  
aut materiali. Sed de eodem, quod terminat actum  
naturalem, quare non magis illuminat hominem,  
cum nullum aliud mortuum proponat. Quamuis  
autem confortet, vt fiat voluntas supernaturalis:  
non tamen minus illuminat, & confortat cogni-

tio naturalis, vt fiat voluntas naturalis: quare nō  
minus inexcusabilis esse homo, si habens solam  
illam cognitionem naturalem non elicere volu-  
tam naturalem circa Deum, vel honestatem,  
quam sit cum actu cognitionis supernaturali non  
cliciens voluntatem supernaturalem: ergo ex in-  
excusabilitate hominis, quam Paulus ponit, non  
inficit supernaturalitas illorum actuum, sed so-  
lum eorum sufficientia ad non peccandum. Deus  
enim per creature, & lumen rationis sufficienter  
manifestauit se hominibus, licet non infundat eis  
notitiam supernaturalem.

Anselmus his verbis relatis non agit de super-  
naturalitate cognitionis, sed de applicatione  
speciali, qua Deus applicat mentem nostram,  
vt attentius scrutemur opera Dei, ad Deum in-  
ueniendum. Sic enim post pauca illud explicat.  
*Nam si vigilanter, inquit, exteriora conspicimus*  
*per ipsa eadem ad interiora renouamur. Et prose-  
quitur explicando, quomodo Deus adiuuet in-  
teriori mente nostram, vt attentius inuigilemus,  
& cognoscamus cum ex creaturis. *Vestigia quippe*,  
inquit, *creatoris sunt mira opera inuisibilis crea-  
turae, quoniam per hanc, que ab ipsis sunt, imus ad*  
*ipsas: mentis enim nostra peccato suo exterioris*  
*sparsa, nec dum Deus sic interioris innoscet: sed*  
*dum factura sue decus foras proponit, quasi qui*  
*bufidam nutibus innuit, & que imus sequamur,*  
*offendit, ac nro modo ipsis formis exterioribus*  
*nos ad interiora perducit. Via quippe ad crea-  
torum facta opera considerata creature, que dum fa-  
cta cernimus, potentiam factoris miramur. Nam*  
*quoniamque se veritatem anima, si vigilanter inten-  
dit, in iisdem ipsis Dominum inuenit, per que res*  
*liquid; eiusque potentiam eorum rursus considera-  
tione cognoscit, querunt amorem deseruit; & per que*  
*aures cecidit, per hac conuersa renovatur. Vbi*  
*enim lapsi sumus, ibi incumbimus, ut surgamus.*  
*Et quasi ibi surgendi manum considerationis figi-  
mus, vbi pede amoris lubrici correntes, negligendo*  
*iacebamus. Totum ergo illud Dei adiutoriorum stat*  
*in applicatione mentis lubricæ ad considerationē*  
*attentam, & vigilantem creaturarum. Cum er-  
go in sententia contraria actus naturalis & super-  
naturalis circa idem omnino obiectum, & moti-  
uum versentur, & iesque attendat ad eisdem ra-  
tiocinationes & discursus, non minus in medita-  
tione naturali attenta stabit adiutoriorum speciale,  
de quo loquitur Anselmus, quam in supernatu-  
rali: ad neutram enim attentionem mens peccato  
corrupta perueniret, nisi speciali applicatione à  
Deo adiuta, & ideo dicit, naturam solam non  
fuisse sat, scilicet naturam corruptam, & non  
specialiter adiuta ad hanc attentam considera-  
tionem: quod tamen totum potuit esse naturale  
in substantia, cum aduersarij duplicum actum  
æquè ponant, quorum alter est naturalis.**

Verba S. Thomæ in illa lectione 6. immerito  
afferuntur; quia in verbis illis solum dicit, Deum  
debuisse manifestare, vel interioris infundendo lu-  
men, vel exterioris proponendo visibiles creaturas,  
in quibus sicut in quodam libro Dei cognitione lege-  
retur, quia hi duo modi sunt, quibus Deus aliquid  
manifestat. Postea vero explicat, & determinat in  
particulari, quo ex his modi Deus Philosophis  
manifestatur, & dicit secundo solum modo mani-  
festasse. Secundo, inquit, considerandum est, per  
quod medium illa cognoverunt, quod designatur, cum  
dicit, per ea qua facia sunt: sicut enim ars mani-  
festatur per artificis opera, ita & Dei sapientia mani-  
festatur.

*festatur per creaturas.* Non ergo posuit manifestationem per lumen infusum respectu eorum Philosophorum. Verba etiam Augustini nihil probant: neque enim negamus, Philosophos debuisse Deum glorificare, & ei gratias agere pro notitia illa, imo ex tractu de gratia suppono, eas etiam cogitationes naturales, quæ deferire possunt ad præcepta implenda, & vitanda peccata, esse auxilia gratiae per Christum: ex debito ergo gratias agendi, quod ponit Augustinus, non inferitur supernaturalitas. Quod manifestè constat, nam Philosophi non agnoverunt, notitiam illam esse supernaturalem in substantia, & tamen reprehendunt, eo quod gratias non ergerint; ergo agnoscabant debitum agendi gratias, etiam notitia illa non esset supernaturalis.

56

Hieronymi verba magis sunt contra illam sententiam, cum dicat, *natura omnibus inesse Dei notitiam:* Vnde quando subdit, *multi ab eis que fide, & Euangeliū Christi vel sapienter faciunt aliqua vel sancte;* debet in eodem sensu intelligi de operibus sanctis naturalibus, cum id inferat ex notitia Dei, que natura ipsa omnibus inest. Quod autem addit, habere in le omnes natura ipsa Christi, & fidei femina, ideo sic sit, quia ipsa naturalis ratio dicitur aliqua principia, quæ multum conducunt, ut proposta postea fide Christi, cognoscatur eius sanctitas, & credibilitas præceptorum, quæ fides reuelat, in quo sensu dixit etiam Fulgentius de Incarn. & gratia, cap. 22.23. & 25. *hominem naturaliter credere licet ei disunitus donetur ut credat;* ut explicat Suarez lib. 1. de gratia cap. 8. num. 36. sicut Auctor Commentarij, quod Ambrosio tribuitur, dixit, *hominem duce natura credere in Deum & Christum.*

57

Quod autem affertur ex eodem Fulgentio cap. 1. exigente & supponente pœnitentiam ante fidem, ab aduerfaris etiam explicari debet, cum certum sit, non semper præsupponi debere pœnitentiam perfectam & absolutam ante fidem, sed regulariter saltem pœnitentiam oriri ex fide stricta, & tamen Fulgentius ibi dicit, neminem posse credere, nisi à Deo pœnitentiam acceperit. Quare intelligi debet de pœnitentia imperfecta, qua aliquis dolet de infidelitate, & ab ea recedit, quæ sicut appellari solet *conuersio*, ita appellari potest pœnitentia, & recessus à priori vita, & infidelitate. Verba etiam Clementis Romani (licet libri illi Constitutionum non magnam habeant auctoritatem, nec erroribus additis ab hereticis careant, ut notauit Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiasticis in Clemente Romano) facile expllicantur. Nam præterquam quod Abraham iuxta veriorem sententiam à Patre suo in vera fide, & religione educatus creditur, ut Peretus, & alii docent, dato quod ex se ad Dei cultum pertinet, facile respondemus, potuisse ex naturali cognitione creaturarum paulatim ad notitiam creatoris venire, & postea tandem Deum orasse pro notitia vera religionis, quam orationem super concessimus esse actum supernaturalem, & procedere etiam ex aliqua illustratione supernaturali, & runc à Deo ad veram fidem fuisse illuminatum. Et quidem verba Clementis explicari etiam debent ab Aduerfaris, cum dicat Abraham viam veritatis ex ipsa natura facultate capessentem, ubi non videtur agnoscere notitiam supernaturalem ante diuinam reuelationem: quod tamen ut dixi, explicari potest, vel de prima notitia remota, vel ita ut per natura facultatem non exclu-

dantur vires gratiae, sed motiva reuelationis, vel alia ex parte obiecti præter illa, quæ ratio, & argumenta ex rerum natura dictabanti; quæ tamen potuerunt actu supernaturali cognosci, ut Deum vultiter oraret, pro fidei lumine obtinendo. Deinde Patres, qui dicunt, *creaturas visibilis ad hoc conditas esse*, ut nos ad cultum, & dilectionem Dei earum considerando conducatur, nihil contra nos docent. Fatetur enim, normam eam, quæ ex creaturis haberi potest, licet naturalis sit, obligare hominem ad cultum, & dilectionem creatoris, & ideo impetrari ad peccatum, quod Philosophi Deum verum non coluerint. Deinde earumdem creaturarum consideratio multum adiuuat fideles, & excitat ad cultum & dilectionem Dei, ut experientia constat: flante enim fide, quod Deus sit eorum auctor, & vila earum pulchritudine, & mirabilis artificio, inferimus conclusionem supernaturalem Theologiam de infinita sapientia, & perfectione Dei, quæ in creaturis splendet, quæ consideratio excitat nos magis ac magis ad creatoris reverentiam, & dilectionem.

Tertio principaliter arguit idem Auctor dicta disp. 20. n. 60. ex illo Pauli ad Rom. 1. *Fatetur obiectum legis iustificabuntur. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legi sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, testimonium reddente illis conscientia spiritualium.* Vbi Paulus de obseruatione legis sufficiens ad iustificationem & salutem loquitur, cū dicit, *factores legis iustificabuntur;* & loquitur de gentibus etiam infidelibus, ut ex Partibus probat lib. 1. Suarez dicto c. 8. & confirmatur ex veris precedentibus, gloriari, & honor, & pax omni operari bonum, *In deo primum & Graco*, vbi gentibus etiam gloria & pax promittitur. Accedit Chrysostom. hom. 37. in Matth. colum. penult. *Qui ante Christum, inquit, obierunt, atque ideo ipsi non cognoverunt, si ab idolatriis culture receperunt, ac Deum solum adorarunt, si præterea honeste vitam pergebant, eterna bona, & beatitudinem adspicunt.* Ergo habuerunt virtutes supernaturales. Addit. n. 61. August. lib. 2. de serm. Domini in Monte c. 1. & Cyrillum, Alexandr. lib. 3. contra Iulianos dicentes, *Deum scripsisse legem suam in codicibus gentilium: hæc tamen & similia resplendit* dicuntur de notitia etiam naturali, quæ deo ex creaturis accipiunt, & de honestate virtutis, & turpitudine vitijs.

Ad verba Pauli responderetur, illa non eodem modo, sed variis solere intelligi. Alii enim volunt, verba illa, *gentes quæ legem, non habent, intelligi de gentibus ad fidem Christi conuenit, quos, & eorum fundamenta referuntur, ut Suarez dicit. cap. 8. num. 16. & sequentibus.* Alii intelligunt de omnibus gentibus, quæ illo tempore fideles fuerunt, non tamen de infidelibus, & idolatriis. Ita Toleros apud Suarez lib. 1. num. 18. Alii intelligunt de gentibus solis, quæ tempore legis naturæ, & legis Moysi scrabant legem naturæ, fide tamen & gratia adiuv. Ita Salmeron apud euudem Suarez num. 19. Alii intelligunt de gentibus infidelibus & idolatriis. Ita multi, quos affert, & tandem sequitur Suarez num. 20. & 26. non tamen excludens gentiles fideles. Nemocum horum doctorum intellexerit e verba de gentibus obseruantibus oram, legem & recipientibus gratiam iustificationis ab eis fide stricta Dei. Admisso ergo, quod intelligentius de gentibus careantibus

carentibus lege scripta, atque etiam fide, nego quod in iis concedatur obseruatio legis per actus supernaturales: inquit cùm dicatur, quod natura liter, quae legis sunt, faciunt, posset potius ex eo argui, quod ab aliis supernaturalibus actibus id fieri. Vécumque id sit, non arguitur, quod ante fidem, quoties bene operantur, eliciant actus supernaturales. Nec obstant in primis verba præcedentia factores legis iustificabuntur: nam ut bene probat, & explicat idem Suarez n. 27. verba illa non referuntur ad gentes, sed ad Iudeos, de quibus proximè dixerat, & quicunque in lege peccauerunt, qui nimis habebunt legem scriptam, per legem iudicabuntur, quod probat statim, quia non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: hoc est non sufficit Iudeo ad salutem habere legem, nisi etiam rotam obseruerit. Quod autem sequitur. Cùm enim gentes, que legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lexi, &c. non afferat ad probandum, quod eiusmodi gentiles sine fide iustificantur, facientes, quae legis sunt, sed ad probandum partem alteram propositionis, nempe, quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: quia nimis licet careant lege scripta, & sine lege non possit esse prævaricatio, habent tamen legem naturalem scriptam in cordibus, quam aliquando obseruantur, distante ipsa conscientia ex ratione lumine, Qui ostendunt, inquit, opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illa conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum indicabit Dominus oculua hominum. Quia nimis aliquando eiusmodi infideles obseruant legem ex dictamine conscientiae, aliquando, & saepius eam violant, & ideo etiam sine lege scripta peribunt propter legem naturalem scriptam in cordibus eorum. Nec etiam oblati verba illa præcedentia: gloria, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudeo primum, & Greco: illa enim verba intelliguntur de Greco operante bonum cum fide retributionis æternæ: sunt quippe explicatio verborum præcedentium, quibus dixerat, Deum non esse acceperent personarum, qui reddet unicuique secundum opera eius: iis quidem, qui secundum parentiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem querunt, id est, qui per obseruant patientem, & perseveranter totius legis, sive scriptæ, sive naturalis, querunt immortalitatem, vitam æternam. Sicut & operanti malum ira, & indignatio. Itaque verba sequentia, cùm enim gentes, quae legem non habent, &c. non sunt ad probandum, quod gentes fide carente iustificantur, vel consequuntur vitam æternam, sed ad probandum, quod illæ etiam gentes sine lege peribunt, & incurrent iram, & indignationem: quod videbatur difficile, eo quod, cum ignorantia legis non poterat esse peccatum. Et ideo id probat, quia non carant omnino lege, cùm eam in conscientia habent, & aliquando naturalis rationis ductu eam obseruantur.

Denique Chrysostomus in verbis adductis non dixit, eos sine fide falios fore, sed falsos fore, etiam si Christum non cognoverint: supponit enim obseruantiam totius legis non potuisse in eis esse sine fide vnius Dei. Quod expresse explicavit Augustinus lib. 4. contra Iordanum c. 3. explicans, ad quid obseruant gentibus infidelibus

*Card. de Lugo de Virtute Fidei divina.*

opera illa legis, quæ iuxta predicta verba Pauli aliquando operantur, de quibus si fide careant, ita dicit. Aut si fidem non habent Christi, profectò nec insiti sunt, nec Deo placent, cùm sine fide impossibile sit placere Deo; sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes sua defendent, ut tolerabilius puniatur, quia naturaliter, quae legis sunt, vicumque fecerunt scriptum habentes in cordibus opus legis habent, ut alii non facerent, quod perpera nolent. Vides Augustinum non appellare fidem notitiam illam legis naturalis, nec illam putare sufficientem ad salutem sine fide Christiana, sed solum ad vitanda aliqua peccata, & minuenda penam.

Quarto arguit eadem diff. 20. num. 219. quia multi probabiliter docent, gentilem obseruantem Obiectio 4. legem naturæ priuata à Deo revelatione illuminandum: multi etiam docent, assensum propter revelationem priuatam non elicere ab habitu fidei Theologica omnibus fidelibus communi, sed ab alto habitu peculiari: ergo probabile est, sine actu fidei strictæ ex habitu omnibus communi posse salutem obtinere. Respondetur facile, in primis eos, qui ponunt habitus diuersos ad revelationes communes, & ad priuatas, non negare utriusque altius esse fidem propriam, & strictam, sed quod sint ab eodem habitu, ut fatetur Sotus lib. 3. de natura, & gratia cap. 2. & notauit Coninch diff. 9. de obiecto fidei dub. 6. num. 87. Deinde ipsi facile admittent, reuelationem illam etiam à Deo immediatè factam pertinere ad eundem habitum fidei communem, quia obiectum reuelatum est commune omnibus fidelibus, & pertinet ad fidem Catholicam, & communem, prout admittete videbet Lorca diff. p. 7. de fide n. 8.

Quinto arguit ibidem, quia probabilis sententia docet, non differre virtutes infusas, & acquisitas penes diuersam honestatem, vel motuum formale; si autem potest esse illustratio, & affectio supernaturalis circa honestatem temperantia, v.g. circa quam versatur cognitione, & affectio naturalis, non apparet, cur non debet cognitione, & affectio supernaturalis circa ipsum Deum, quatenus ex parte obiecti terminat etiam cognitionem, & affectionem. Respondetur concedendam esse paritatem: nam in temperantia, v.g. & aliis virtutibus moralibus actus voluntatis naturales, & supernaturales habent idem obiectum materiale, & formale; cognitiones vero præcedentes non habent idem motuum formale: quia cognitione supernaturalis probat honestatem temperantie mediatè, vel immediatè ex reuelatione, vel eam supponit; voluit quippe Deus, de facto omnia nostra merita procedere ex fide, ut vidimus: cognitione vero naturalis cognoscit honestatem vel ex terminis, vel ex aliis argumentis, & rationibus. Si etiam dilectio Dei, religio, & alias virtutes, que versantur circa Deum, attingunt per actus voluntatis naturales, vel supernaturales idem obiectum materiale, & formale; cognitiones vero præcedentes differunt penes motuum; quia bonitas, excellentia, vel potestas Dei cognosciatur vel ex reuelatione per actus supernaturales, vel ex creaturis per actus naturales.

Sexto eadem diff. 20. num. 121. afferat aliqua Patrum loca ad probandum nomine fidei intel ligi cognitionem etiam de Deo per creaturas, vel argumenta Philosophica comparatam. Primo Ambrosium in cap. 2. ad Rom. super illa verba gentes, quae legem non habent ubi sic ait: dum natura duce credunt, opus legis ostendunt, non per litteram

B b litteram

litteram, sed per conscientiam: opus autem legis est fides. Ecce notitia illa appellatur fides, & gentes dicuntur credere natura duce. item Hieronymum in cap. 1. ad Galat. unde multi, inquit, absque fide & Evangelio Christi, vel sapienter faciunt aliqua, vel sanctè: magis que iudicio Dei obnoxij sunt, quod habentes in se principia virtutum, & Dei semina, non credunt in eo, sine quo esse non possunt. Vbi ab eis exigitur, quod credant. Clementem Alexandr. lib. 6. Stromat. fol. penult. Prudentia, inquit, unica que distribuit pro meritis eis, que conuenint. Alterius ergo Iudei quidem lex, Gracis autem data est Philosophia usque ad adventum Christi. Hinc autem est universa, ac generalis vocatio ad peculiarem populum instituta per eam, qua est ex fide doctrinam. Item Prospectum ad capita Gallorum 8. postquam enim dixit, omnium hominum curam esse Deo, & neminem esse, quem non aut euangelica predicatio, aut legis testificatio, aut ipsa etiam natura conueniat; subiungit: sed infidelitatem hominum ipsis adscribam hominibus. Fidem autem hominum donum Dei effecit amur, sine cuius gratia nemo currit ad gloriam. Vbi infidelitas peccatum videatur agnoscere in iis, qui à nature conueniunt non agnoscunt, & colunt verum Deum.

64 Respondetur in primis, licet ab his Patribus pellaretur latius fidei nomine, & improripi ea notitia, partum referri. Sed nec ita eam vocant. Ambrosius enim loquitur de vita, & propria fide, & gentes, que legem non habent, & naturaliter, quæ legis sunt, faciunt, intelligit eas, quæ ex gentilitate ad fidem conuersae fuerant: quare per naturam ibi sicut ex Adversariorum confessione non intelligit vires solas naturæ, sic nec intelligit argumenta ex creaturis seclusa reuelatione ad cognoscendum Deum, sed lumen rationis prout distinguitur a lege scripta, nempe lumen illud quod homines habent in lege naturæ, antequam daretur lex scripta, quod lumen non excludit fidem. Quod manifeste constat ex verbis Ambrosij, qui eo lumine dicit, gentes credere Trinitatis, & Incarnationis mysterium. Verba Ambrosij sunt. *Gentes Christianos dicit alio loco: vobis enim dico gentibus, qui ineircunciisti neque neomenias, neque sabbatum, neque escarum legem servant, & duce natura credunt in Deum, & Christum, id est, in Patrem, & filium. Hoc est enim legem seruare, Deum legis agnoscere. Prima enim sapientia pars hac est, innire Deum Patrem, ex quo sunt omnia; & Dominum Iesum Filium eius per quem sunt omnia. Ipsa ergo natura proprio iudicio creatorum suum agnoscit, non per legem, sed per rationem naturæ. Et postea subdit verba illa: quia diuina natura duce credunt, opus legis ostendunt non per litteram, sed per conscientiam. Opus autem legis est fides, quam cum dictis exhibet Deo, naturali iudicio ostendit se metipsum legem sibi esse: quia quod mandat lex, vitro facit, ut credat in Christum. Vides non excludere fidem Christam, cùm includat fidem in Christum, quam tamen dicit absque lege haberari ex iudicio naturæ, quia ratio ipsa dicit, credenda omnino est, que taliter proponuntur. Unde concludit: Tercie interiore sua conscientia credunt, quia consciens sibi sunt conuenire sibi quod credunt. Congruum enim est, creatura credere, & venerari suum conditorem.*

65 Hieronymus in verbis adductis eundem sensum haber: dixerat enim, neminem nasci sine

Christo, quia haber in se semina virtutum, & rationis, per quam potest venire ad agnoscendam veritatem fidei christiana, & credere in Christum, & ideo inexcusabilem reddi, si fidem non amplectatur. Quo etiam sensu loquitur Clemens Ale- xandrinus, qui non dixit, Philosophiam fuisse fidem, sed dispositum ad acceptandam fidem, quando Christus appareret; sicut enim lex ad hoc disponebat Iudeos, sic Philosophia disponebat Gentiles, ut posse viderent, quam consona est rationi naturali doctrina Christi. Quem sensum in illis verbis agnouerat ipse Ripalda eadem diff. 20. n. 5. 8. dicit enim ostendit à Clemente, Philosophiam & rerum naturalium notitiam à Deo ante Christi adventum prouisam, ut Deus opportunam in salutem vocationem infundere. Nimis postea, quâdo fides proponeretur. Denique idem est sensus S. Prospere, qui ideo peccatum infidelitatis imputari dicit, quia vel explicatione, vel ex lege notitia sufficiens fidei datur, vel certe natura ipsa dicit, querendam eam religionem veram, quæ verum Dei cultum docet, cui debito naturali infideles non satisficiunt.

Septimus tamen idem Auctor addit alia loca ad hoc ipsum probandum, quod fides non obstat competat notitia illi, que, seclusa reuelatione, sumitur ex ipsis creaturis. diff. 64. num. 3. & seq. quoniam & in primis ponderat verba Christi Matth. 6. Si ergo fons agri, quod hodie est, eras in cibarium mittitur, Deus sic vellet, quam magis vos modica fidei? Vbi fides appellatur: cunctudo prudentiae diuinæ comparta ex argumento creaturarum irrationalium, cùm dicit defectum esse fidei, in eo, qui tali argumento non moueretur; item ex Paulod Rom. 10. vbi polluam dixit, fidem ex auditu concipi ergo facere auditum, auditum autem per verbum Dei, probatum, neminem excusat, eo quod non audierit; ad quod affert verba illa ex psal. 18. numquid non audierunt? & quidem in omnem terram emisimus verba nostra, & in fines orbis terra verba eorum. Quæ psalmi verba de ecclis, & creaturis innotabilibus intelliguntur à Patribus, de quibus David premitur, Cali enarrant gloriam Dei, & opera manum eius annuntiat firmamentum. Quæ Chrysostomus in eum locum Pauli dicit: non simpliciter auditum dicit, quod hanc verba audiire oporteat, & credere, sed sublimis est hic auditus: est enim auditus per verbum Dei. Deus siquid tam loquenter, quam mirabiliter operari, quod credere, & obedire oportet. Denique idem Paulus act. 14. de Deo dixit: non sine testimoniis semetipsum reliquit benefaciens de calydia plantas, & tempora fructifera, implens ebo, & lativa coram nostra. Vbi ergo cali testimonium Dei datur, fides exigitur propter eorum testificationem.

Sed neque haec firma sunt. Nam Christus in primis illis verbis, quantum magis verba modica fidei non de fide intellectuali, sed de confidencia, seu fiducia loquebatur, ut cum aliis notaui Salmeron in eum locum. Sed neque si de fide intellectuali loqueretur, probaret illam sine reuelatione ponit: nam certitudo prudentiae diuinæ erga Apostolos non debebat gigni ex sola confidencia fenni, & herbarum, sed simul ex fide, quae cedebant. Deum magis curare de hominibus, & de seruis suis, quam de feno agri, ex cuius fidei imbecillitate vacillare poterat certitudo de diuina prouidentia erga ipsos, quare meritò ex effuso exprobriat eis poterat fidei defectus.

68 Ad verba Pauli ad Rom. 10. communis interpetatio est, Apostolum ibi ad litteram non de cælis, sed de Apostolis loqui, quorum verba exierunt in omnes terræ fines: & licet aliqui velint antea de cælis dicta fuisse in Psalmo ad litteram, & Paulum ea artillisse in sensu allegorico: sed tamen Salmeron in illum Pauli locum latè & doctè probat ex Patribus, & rationibus, in Psalmo eria sensum litteralem fuisse de Apostolis, & non de cælis, de quibus non nisi per tropum potenter verificari: quare ibi prædictoris opera exigitur, qui à Deo mittatur, & loquatur. Chrysostomus autem non dicit, quod ibi per auditum intelligatur visio creaturatum quacumque, qua manifestant virtutem Dei, sed loquitur de fôlis prædicatoribus, qui tamen ostendebant simul signa, & miracula, quæ non audiebantur, sed videbantur, & ideo dicit, non esse sermonem de simplici auditu, sed de auditu verbi Dei, qui auditus excellens, & sublimior est. Verba Christi omni ex versione VVolfangii Musculi hæc sunt: *Non enim simpliciter, inquit, audiendum esse dixi, neque quod humana verba audire oportet, & credere, sed sublimis est hic auditus, de quo loquor: est enim auditus per verbum Dei. Neque enim, que sua essent sed que à Deo didicerunt, annuntiarunt, hoc scilicet, excellentius est signum; Deo siquidem tam loquenti, quam mirabiliter operanti, aquæ credere, & obediare oportet, quandoquidem & opera illius, & mirabilia ex verbis illius sunt.* Denique quod Paulus Act. 14. dixit, Deum dantem pluiam, & fructus non sine testimonio se reliquisse, non probat notitiam Dei ex eiusmodi effectibus comparata esse propriè fidem, sed non esse sine argumento, aut probatione, quæ non magis propriè est fides, quam sit propriè testificatio, in qua fundatur, cum certum sit, pluiam & fructus non nisi per tropum, & figuram testificari, aut loqui.

69 Octauò affert ad idem probandum dicta dis. 63; num. 9. exemplum Cornelij Centurionis, qui antequam fides ei Petri ministerio proponeretur, faciebat opera meritoria, ut constat ex cap. 10. Act. vbi ei ab Angelo dictum est, *Orationes tuae & elemosyna tua ascendentes in conspectu Dei.* Ad hoc tamen iam supra diximus, Cornelium ante aduentum Petri fidem strictam vnius Dei habuisse, sicut & habuit Iob, & alii, non quidem notitiam Dei ex sola ratione Philosophica, sed ex scripturis, vel traditione, quam certè Cornelius inter iudeos diu degens ignorare non poterat: accepit autem postea à Petro fidem Christi, quam nondum habebat.

70 Vrgit tamen ex Augustino lib. 1. ad Simplic. quest. 2. prope initium, vbi de Cornelio dicit: *aut vero Cornelius non credebat Deo, cum elemosynis & orationibus dignum se preberet, cui Angelus mitteretur?* Sed nullo modo ista operaretur, nisi ante a credidisset. Nullo autem modo credidisset, nisi vel secretis per visa mentis, aut spiritus admonitionibus vocaretur. Sed in his Augustinus nullo modo reducit fidem illam Cornelij ad notitiam ex creaturis, sed potius recurrit ad visiones vel admonitiones internas: quod quidem fieri potuit, licet possit etiam sufficere notitia ex scripturis, vel traditione comparata, ut diximus.

71 Affert etiam ad hoc ipsum num. 10. Hieronymum in cap. 3. ad Galatas, vbi de codem Cornelio dicit: *Si autem à contrario dicitur; ergo sine auditione fidei accipi spiritus potest. Nos respondebimus; accepisse quidem eum spiritum; sed ex Card. de Lugo de virtute Fidei diuinæ,*

auditu fidei, & naturali lege, qua loquitur in corribus nostris, bona queque facienda, & mala vitanda, per quam dudum Abraham, & Moys, & ceteros sanctos iustificatos retrulimus. Sed in his Hieronymus solum excludit legem scriptam, ut constat ex verbis proximè antecedentibus, non verò excludit reuelacionem, quam includebat etiam lex naturalis, id est lex, quam Sancti obserabant in statu legis nature ante legem Iudaicam, quos tamen certum est habuisse fidem strictam: vnde assert exemplum Moysis, qui certè antequam legem acciperet, fidem strictam habebat etiam esse in populo fideli, in quo Dei cultus cum vera religione obleruerabatur.

72 Nonno ibidem n. 12. arguit ab exemplo charitatis, quæ quidem apud Patres aliquando strictè accipitur pro dilectione Dei ex motu bonitatis diuinae; aliquando latè pro quacunque voluntate pia, & honesta in quo sensu usurpari sepe ab Augst. charitatis nomen, docet P. Vasquez in 1.2. disp. 19.2. Cur ergo similiter non possumus dicere, fidei nomen apud Patres aliquando strictè usurpari, aliquando latè pro qualibet notitia Dei, vel honestatis, quæ conductat ad salutem, & in hoc sensu exigi fidem necessariò ad salutē, velad quolibet opus meritorium? Respondet in primis maius fuisse fundamentum in nomine charitatis quæm in nomine fidei ad illam duplìcem usurpationem. Nam fides est virtus, cuius opus interius consummatur, quare videtur semper importare motuum formale proprium, à quo actus interius accipit suam essentiam, & denominationem; charitas autem, seu dilectionis est amor: amare verò est velle bonum alicui, quod quidem non consummatur interius, seu transit ad ponendum exterius bonum volitum: quæ, licet non beneficas Petro, quia ipse bonus est, sed propter motuum misericordia, vel obedientia, aut iustitia, diceris diligere Petrum; & codem modo qui facit quæ Deo placent, dicitur diligere aliquo modo Deum, licet non faciat ex motu formalis placendi Deo: quia et vera ponit exterius totum obiectum dilectionis Dei. Deinde, etiam si nomen fidei capax est illius extensionis, non tamen possimus ita concilia, vel Patres interpretari, quia eam fidem exigunt, cuius proprietates non possint competrere notitia ex creaturis, vel argumentis Philosophicis de promptæ, ut vidiimus scilicet 1. & 2. nimur quod sit liberæ; quod sit de remuneratione aeterna, & supernaturali, quæ ex naturalibus argumentis probati certò non posset: item quod non sit per ratiocinationem, & argumenta humana, quod per illam credamus Deo, quod quidem fieri non potest, nisi nitatur auctoritate diuina, ut motu formalis. Denique, quod sit talis notitia, qualis de facto non intercedit, quoties homo aliquid boni, & honesti operatur, quæ omnia, adductis Patrum testimoniis probauimus loc. cit.

73 Decimò arguit ibidem n. 15. ab exemplo actus pia affectionis, qui sit ante fidem strictam; & tamen est supernaturalis, sicut, & desiderium etiam fidei, ergo ante fidem possunt fieri actus supernaturales. Ad hoc tamen iam supra diximus & ostendimus differentiam voluntatis credendi, & aliorum actuum, qui fidem concernunt ab actibus aliarum virtutum, quæ ad fidem nullo modo pertinent.

Undecimò ibidem num. 16. congerit alia Patrum loca ad probandum verum meritum ante fidem.

dem. In primis ex Clemente Rom. lib. 1. recognit. in principio, vbi de se ante fidem susceptram sic attinerat mihi comes optima, que me quiescere non sinebas, immortalitas cupido. Vt enim post verum exitus docuit, & gratia omnipotentis ostendit, ea me animi intensio ad inquisitionem veritatis, & agnitionem vera lucis adduxit. Sed in primis ibi non dicit, illud desiderium fuisse meritum, sed solum fuisse causam, quod de causalitate physica posset intelligi. Deinde iam nos concessimus, desideria fidei, & salutis inueniendæ esse supernaturalia. Addit ex eodem Clemente l. 4. recognit. Petrum dicentem de gentibus, quibus nondum erat prædicatus euangelium, occultæ Dei virtute, quem debeant diligere, prius etiam quam doceantur, agnoscent. Videntur enim eos quasi bones serui desiderare eum, quem sibi sperant aduentum sui Domini nuntiare. Desiderium ergo audiendi verbis Dei, & voluntatem eius faciendo ex Deo habent; & hoc est initium doni Dei, quod genibus datur, ut possit per hoc doctrinam recipere veritatis. Hæc tamen verba portiū nostram sententiam ostendunt, nempe primum actum supernaturalē in iis esse desiderium illud audiendi verbi Dei, quod dicit esse initium doni Dei, quod gentibus datur. Alij ergo actus virtutum præcedentes non sunt supernaturales; alioquin illi, & non hoc desiderium, essent initium doni Dei.

74 Rursus afferit Nazianzenum orat. 19. in laudem Parentis sui mortui colorem, vbi Patris iustitiam commendat, ut quamus in magnis Reipublica munieribus, administrationibusque versatus ne teruntio quidem facultates suas auxerit; & statim subdit. Pro his rebus fidem quoque, ni fallor, præmij loco retulit; & eodem sensu ante præmisserat: Quemadmodum ex nostris plerique nobiscum non sunt, quos scilicet à communī corpore flagitiose vita ratio separat; sic contra permulti exterorum à nobis sunt, quicunque nimis fidem moribus anteuertunt, ac solo christiano nomine carrent, cum rem ipsam habeant; quo in numero meus quoque Pater erat, ramus quidem alienus, ceterum morum honestate ad nos propendens. Ad hæc verba duplex potest esse responsio: prima quod pater Gregorij, licet circa aliqua erraret, fidem tamen habebat virtus Dei & remuneratoris. Ita intelligit Nazianzenum eius fidelis interpres Elias Cretenis, qui eo in loco notat, non fuisse Gregorij patrem. omnino sine fide, eriam si minime perfetta. Quoniam enim veterem legem suscipiebat, etiamsi non omni ex parte, fieri aliter non poterat, quin ipse de indicio, ac retributione aliquid sciret: quarum metu ad bonorum operum studium, ut plurimum incitamus. Nam cum opera citra fidem mortua sint, & contra: quoniam modo, nisi sermonem ita constituamus, magna voc virum (nempe Gregorina) istud dicere existimabimus, quod cum nobis orthodoxis etiam ante fidem mores vindicabant? Quæ autem deinceps sequuntur, idem probant. Hæc Elias, qui ideo dicit, fidem in illo ante fuisse Dei remuneratoris, quia ex verbis proximè præcedentibus Gregorij constat, cum amplexum fuisse magna ex parte legem Iudaorum, & unum solum Deum adorasse: quare potuit ex desiderio querendæ salutis bona illa facere, atque ideo cum merito congruo, ut supra concessimus. Secunda explicatio esse potest, quam aliter eiudem Nazianzeni Scholastes ibidem tradit. Nimis fidem appellari præmium non propriè, sed quia

opera illa bona disposuerunt, scilicet indirectè, propter opera etiam naturalia possunt disponere. Hæc verba, inquit, pro his rebus fidem premij loco retulit; non ita intelligenda sunt, quasi quipiam ullæ moralium virtutum officiis fidem meriti possit; fides enim Dei donum est non operum merces, sed quia bona opera hominem ad suscipiendum fidem preparant. Hæc ille, qui cum excludat meritum, debet necessariò loqui de preparatione indirecta. Mihi magis placet prior Elias Cretenis responsio, in quo obiter obseruo quanto studio conetur liberare Nazianzenum ab ea fementia, quod opera bona ante fidem facta potuerint mereri ipsam fidem, quam dicit à vita tanto alienam esse debere.

Affert deinde numer. 17. Augustinum lib. 10. Confess. cap. 6. dicentem: Cælum, & terra, & omnia, que in eis sunt, ecce undeque mibi dicuntur te amem, nec cessant dicere emibis, ut fini invincibilis. Sed certè Augustinus ibi nihil aliud probat, nisi obligationem amandi Deum, que ex cognitione naturali creaturarum oritur, quam non negamus, & quam ipsi etiam Adversarii continent, quamvis Deus, ut poterat, non concurret anxiōlo supernaturali ad amorem supernaturalem: adhuc enim cælum, & terra intimescent nobis amorem sui Creatoris. Virget tamen et eod. Augustinum, ut prober, ibi esse sermonem de dilectione supernaturali: subdit enim Augustinus autem tu misereberis, cui miseris fueris, & misericordiam praefabis, cui misericordiaris; alioquin Cælum & terra surdis loquentur laudes tuas. Nimis, quia ut fiat actus supernaturalis, Dens miscerit prouidentiam supernaturalē, sine qua fieret solum actus naturalis. Sed certè hoc explicatio longè abest à mente Augustini, qui eam misericordiam Dei exigit, sine qua cælum & terra surdis loquerentur; ergo sine qua non solum actus supernaturalis, sed neque naturalis amor fieret: si enim amor naturalis fieret, non possent dici surdis loqui, sed audientibus, & consensu præstantibus. Per auxilium ergo altius, & misericordiam Dei specialem intelligit Augustinus cogitationem efficacem, quam nos dicimus non dari de facto ad dilectionem Dei, sicut oriantur ex fide: fideles enim solum ex confidatione cæli, & terra mouentur efficaciter ad diligendum Deum super omnia: quippe qui credentes firmissimè Deum esse harum creaturarum Conditorem, earum voces audient, cooperantes fide, sine qua surdis loquantur.

Ad idem afferit Prosperum lib. 1. de vocatione gentium cap. 5., vbi ita loquitur. Quis ambigat eas, qui de quibuscumque nationibus quibuscumque temporibus, Deo placere posuerint, spiritu gratia fuisse directos, que etiè parciōr ante, aquæ ecclesiæ fuerit, nullis tamen facilius se negant, virme vna, quantitatè diversa, opere multiforme, &c. scilicet Denique, si ad ipsa mundi exordia recurramus, inveniemus, omnium Sanctorum, qui diluvium praecesserunt, Dei spiritum fuisse vestorum. Propter quod & filii Dei nominari sunt. Gen. 6. quoniam, erat apostolus, quicunque spiritu Dei agerant, hic sunt filii Dei. Hæc tamen loca frustra ad hoc affecturunt, nam si quid probarent, deberent probare, nullum fuisse iustum aut sanctum in statu legis naturæ, qui fidem strictam haberet, de omnibus enim iis generaliter Prosper loquitur: quod tamen nemo tunc dicere auderet. Regi ergo, vel agi spiritu Dei, vel spiritu gratia non est habere

solū notitiam Dei ex creaturis, & non ex reuelatione, vel doctrina Ecclesie, sed habere illam debito modo, nempe vel per reuelationem internam, vel per traditionem, & doctrinam ex fidē patentem, vel maiorum derivata, sine lege tamē scripta, vel Scripturis factis, quæ eo tempore non erant. Afferit denique ibi Fulgentium, & Clementem Romanum, quorum verba iam *suprà* explicimus.

77  
Obiectio 12.

Duodecimò arguit *num. 18.* quia vt fiant actus supernaturales virtutum moralium, sufficit cognitio proponens honestatem obiecti: hæc autem cognitione non potest plerumque esse à fidē, quia Deus non reuelauit honestatem obiectuum circa omnes virtutes in particulari, & quia homo sepe ignorat talen reuelationem, vel non recordatur illius, sed attendit ad bonum misericordiæ, v.g. vel temperantiae, quod sibi à Predicatore commendatur, & operatur circa materiam eam virtutum: quis autem excludit omnino hæc omnia opera bona à ratione mortali? Respondetur, fideles regulariter in suis opere us bonis consulete potissimum regulam fidei, et doctrinam Ecclesie, utpote firmissimam omnium regulam: vix autem reperitur virtus illa, cuius honestas in Scriptura sacra non commenderetur, vt disserenti patet.

Addit, in virtutibus, que respiciunt aliquo modo Deum, ut sunt religio, obedientia, pœnitentia & similes, non esse difficultatem, quomodo pendeant à fide ostendente excellentiam, dominum, & alias perfections Dei propter quas honestum est colere, obedire, pœnitire, &c. in aliis etiam virtutibus fideles plerique attendunt, quod vel earum opera Deo placent, vel ab eo consoluntur, vel certè conducunt ad Deum, seu beatitudinem consequandam, quæ ultima consideratio nunquam, aut ferè nunquam deficit in Christiano honeste operante: difficilimum enim est, quod amans, & desiderans aliquem finem eligat medium aliquod, quod scit virile esse ad illum finem, & non moueat saltem partialiter ab eo fine. Cum ergo honestas, & probitas morum habeat tantam, & adeo manifestam connexionem cum negotio salutis spiritualis, impossibile ferè est, vt quoties de honestate elienda agitur, non occurrat statim virtilitas eius ad salutem, & moueat saltem partialiter ad eam elevationem honestam.

78  
Obiectio 13.

Decimotertio arguit *ii. 2. 3.* ex Prospero lib. 1. de vocatione gentium, cap. 4. qui de sapientibus, qui Deum ex creaturis cognoverunt, nec Deo gratias egerunt, sed in se ipsis gloriari sunt, subdit: *Euanuerunt in cogitationibus suis, & quod illuminante Dei gratia innenerunt, obsecrare superbia perdidérunt relapsi a superna luce ad nebras suas.* Vbi notitiam illam Dei ex gratia illuminatione esse dicit, & supernam lucem appellat, quæ omnia significant aliquid supernaturale. Respondetur, in primis eas voces non semper significare lumen supernaturale in substantia: nam illuminationes etiam naturales ad vitandum peccatum concedimus esse ex gratia per Christum, vt suppono ex tract. de gratia, atque ideo vere sunt ex illuminante Dei gratia, & cùm dentur à Deo in ordine ad finem supernaturalem, possunt dici *superna lux*. Deinde concedo, lumen illud datum Philosophis, quando deseruire poterat ad desiderandam, & querendam veram religionem, & fidem, potuisse esse supernaturale in substantia, quia affectus etiam ille fuisset super-

*Card. de Lugo de Virtute Fidei Divina.*

naturalis: non tamen deseruiret proximè ad diligendum Deum super omnia ante fidem propter suam debilitatem, & quia sine fide impossibile est placere Deo prout placet, qui dilectione supernaturali eum diligeret.

Decimoquartò arguit *ibid. n. 2. 4.* quia cognitiones Theologicae sunt supernaturales in multo-  
rum sententia, ergo perfections diuinæ possunt cognosci peractum supernaturale, qui non pertineat ad fidem strictam. Ad hoc iam dictum est *suprà*, actus Theologicos esse supernaturales, quia supponunt fidem, & elicuntur partialiter ab habitu fidei, atque adeo voluntas bona ex illis procedens poterit etiam esse supernaturalis.

Decimoquintò arguit *ibidem*, quia incredibile est, rusticos fideles, & alios pios homines, qui ex meditatione creaturarum acciduntur in ardentissimum amorem Dei propositi, vt creatoris, sapientis, benefactoris, &c. absque villa memoria reuelationis, non elicerent actum utilem ad salutem. Respondetur ex dictis, actus illorum amoris esse supernaturales, sed non fieri fide non cooperante & distante, Deum esse auctorem illarum creaturarum, cum infideles nunquam in eiusmodi actus dilectionis Dei super omnia accendi videamus.

Decimosextò arguit *ibidem*, quia multi dicunt, non posse simul stare actum fidei cum cognitione scientifica: quid ergo dicemus de homine fidelis habent actu scientificum circa bonitatem infinitam Dei, & eum ardenter amant: illam dictionem erit inutilis ad salutem? Respondetur, ideo nos sententiam illam superius reliquisse, sed ea data, homo non diligeret Deum super omnia stante illa cognitione evidenti, quia cognitione scientifica sola sine fide debilis est, & inefficax ad talem amorem, vt experientia testatur in iis omnibus, qui fide carent.

Decimo septimo arguit *ibidem ex S. Thoma 2. Obiectio 17.* 2. qualif. 17. 1. art. 2. ad 3. dicentes, *diligere Deum, & cognoscere ipsum in speculo creaturarum esse supernaturale quoad modum: vbi S. Thomas non negat eos actus esse intrinsecè supernaturales, vt ciuii interpretes communiter notant, sed significari, eos non habere supernaturalem ex ratione generica, sed ex ratione tantum specifica: igitur supponit, cognitionem Dei in speculo creaturarum, quæ non sit ex testimonio Dei, adhuc esse supernaturalem. Respondetur, omnes interpres supponere pro comperto, quod S. Thomas ibi loquatur de actu fidei, & de dilectione Dei, quæ à fide oritur, vt supponit S. Thoma, lib. 2. de Gratia, cap. 5. num. 4. & alij omnes, qui illum locum oponunt contra communem doctrinam de supernaturitate actus fidei quoad substantiam, & omnes illum explicant, cōcedentes tamen esse ibi sermonem de vero, & stricto actu fidei. Dicimus autem per actum fidei cognitionem Deum in speculo creaturarum, non quia habeat creaturas pro medio, aut motiuo assentiendi, sed quia per fidem non videmus Deum in se, sicut videntur in patria, sed cognoscimus eum per speciem creaturarum, & ad similitudinem rei creatæ, & ideo dicitur à S. Thoma supernaturalis solū quoad modum, quia potest esse etiam ex genere suo cognitione illa naturalis, cùm possimus habere actus etiam naturales tendentes in Deum per speculum, hoc est, per species rerum creaturarum, sicut tendit fides.*

Decimo octavo arguit *ibidem ex Concil. Mo-*

Bb 3 guntino

81

Obiectio 18.

guntino cap. 7. de justificatione dicente, *Prauenientem gratiam, cum per alias media, tum porissimum in predicatione Verbi ad conversionem hominis operari.* Ergo seclusa etiam prædicatione Verbi diuini, quæ ad fidem stricam necessaria est, potest esse gratia præueniens ad conuersationem. Respondetur, esse quidem alias media præter prædicationem, nempe lectionem librorum piorum, illuminationem internam, & alia similia. Omitto alias argumenta leuiora, quæ ex dictis solui possunt: hæc sufficiat breuiter terigisse, ut mentem meam circa hoc placitum manifestarem. Nam licet olim probabile existimauerim, dari concursum supernaturalem Dei, quoties occurrit occasio actus honesti, etiam si non ex fide proponeretur, nunquam tamen dixi, posse abfque propria fide, & stricta hominem ad ultum iustificari, & postea etiam magis attentè considerata Conciliorum, & Patrum mente, concursum illum ita viuensalem supernaturalem ad omnes virtutes morales, deficiente etiam fidei propositione, negauit.

## SECTIO IV.

*Vtrum semper fuerit, vel nunc sit necessaria necessitate medij fides explicita, Trinitatis, & Christi.*

**82** **D**E hoc latè, & optimè Suarez in presenti fidei explicita ut medijs, quam supponendum autem est, fidem explicitam appellari, quæ sufficit ad reddendam rationem de tali obiecto in particulari, v.g. de incarnatione, aut Christo. Implicita verò ad id non sufficit, qualis est fides, qua rusticus credit, & tener omnia que credit Romana Ecclesia; ex vi cuius fidei non poterit respondere, an credat, iustificationem fieri per formam inhærentem, & alia eiusmodi. Quare de fide implicita horum mysteriorum non est quæstio: ad minus enim omnes, & singuli fideles credebant, vera esse omnia, que Deus reuelasset, in quibus continebatur aduentus Christi, quem Deus iam aliquibus reuelauerat; alioquin non potuisset esse quæstio de necessitate fidei de hoc mysterio, si nulla præcessisset reuelatio, cùm nunc nulla potuisse esse fidei illius.

**83** **R**ursum fides explicita Incarnationis diuiditur bene à Suarez dicta sét. 3. num. 16. in plures gradus magis, & minus expliciti. Primus gradus est, quando Deus creditur, ut iustificator, & salvator hominum per medium ab eo disposita, non cogitando de mediis in particulari, quorum unum est Incarnationis. Secundus gradus est, quando creditur aliquis redemptor, & mediator inter Deum, & homines ad illos saluandos, non cognoscendo modum redemptoris, nec an mediator ille sit Deus. Tertius gradus est, quando crederetur etiā diuinitas Redemptoris, ignorato modo redemp-tionis. Quartus denique gradus est, quando creditur explicitè diuinitas, & humanitas Christi, & modus, quo per passionem, mortem, & resurrectionem consummanda esset redemptio nostra.

Hoc supposito, queritur in primis, an in iis, qui Christum præcesserunt, necessaria fuerit fides de ipso explicita necessitate medijs. Affirmant aliqui, Corduba in suo questionario lib. 2. qu. 5. ad 3. Lorca disp. 21. num. 4. licet postea num. 11. vi-

Fidei explicita plures gradus.

**84** **A**n in iis qui Christum præcesserunt, necessaria fuerit fides de ipso explicita necessitate medijs.

deatur ab ea sententia discedere; idem tenet Coninch disp. 14. dub. 9. num. 147. qui tamen la-quuntur de fide explicita mediatoris secundo modo explicita. Aliqui volunt, hoc non intelligi de iis, qui fuerunt in statu legis naturæ, sed de iis, qui legem scriptam acceperunt, ita Aragonius in presenti quæst. 2. art. 5. conclus. 4. & 5. quem sequitur granado controver. 1. tract. 10. disp. 2. fid. 1. num. 11. & fauet Alensis 3. part. quæst. 6. memb. 3. art. 1. ad 2. & denique de virtute hominibus probabilem putat talem necessitatem Suar. dict. sect. 3. num. 17.

Contra communis, & verior sententia est negans pro eo tempore talem necessitatem illius fidei explicitæ ut medijs, quam ut certa supponit Valentia in presenti quæst. 2. punto 4. propria-  
ne 1. candem tenet Suar. ubi supra num. 17. Tu-  
tianus disp. 27. dub. 3. Thomas Sanchez lib. 1. in  
decalog. cap. 2. num. 7. Hurtado disp. 44. fid. 1.  
§. 1. & sumitur ex S. Thoma quæst. 2. art. 7. & clau-  
rius in 3. dict. 2. 5. quæst. 2. art. 2. questionula 1. &  
alii, quos afferit Suarez n. 14.

Probatur primè ex illo Pauli ad Galat. 3. At-  
sequamus venire fides, sub lege confidibimus in-  
clusi, in eam fidem, qua reuelanda erat. ubi statum  
legis antiquæ videtur appellare implicitum, &  
obscurum respectu posterioris fidei explicitæ; ja-  
cet hæc verba alium possint habere sensum, ut  
postea videbimus. Probari etiam potest ex Chy-  
rostomo homil. 37. in Matth. vbi ait, multos ge-  
tiles falsos fuisse sine fide explicita Christi; idem  
docet Clemens Alexand. lib. 5. & 6. froman.  
Euseb. 7. preparationis cap. 3. Irenæus lib. 2. con-  
tra heres. Hugo de S. Victore lib. 1. de sacra-  
mentis parte 10. cap. 6. Bernardus epist. 77. & ali-  
apud eundem Suarez. Ratione probatur, quia hi-  
des explicita Christi, neque ex natura rei, neque  
ex decreto Dei erat necessaria ad iustificationem,  
non quidem ex natura rei, ut patet; nam sufficit  
cognitio unius Dei remuneratoris operantibus  
ad excitandum actum dilectionis, & continu-  
nis, neque Paulus aliud exigit ad Heb. 11. in illis  
verbis: *Accedevimus ad Deum opere ordinis.* Sed  
neque ex decreto Dei, cùm neque ex Scrit-  
ptura, neque ex Concilio constat ergo cum aliis  
de cognitione illa explicita Christi difficulter esset,  
non est cur ab omnibus exigeretur necessitate  
medij. Quid si aliqua sunt testimonias, quæ op-  
positum videantur insinuare, facile explicari de  
fide implicita, vel de fide Christi, non ut obiectum;  
sed ut causa meritoriae, propter quæ scilicet dabatur  
fides, & iustitia, vel de necessitate præcepti, ve-  
postea dicimus difficultate sequenti, ex conside-  
ratione amplius constabit à fortiori hec cœlulum.

Confirmari potest ex Tridentino sét. 6. art. 1. di-  
cente, ante aduentum Christi mysterium illud  
fuisse à Deo aliquibus Patribus declaratum, &  
promisum, ubi significatur, non fuisse omnibus  
generaliter manifestum, atque adeo fidem illam  
explicitam non fuisse omnibus necessariam, quia  
media omnibus necessaria, omnibus communi-  
cantur. Quo argumento vitetur Suarez n. 15. non  
est tamen latè efficax: quia licet non omnibus, sed  
aliquibus fuerit immediate reuelatum, per illos ta-  
men tanquam per Principes, & capita fides illa  
proponi potuit aliis omnibus, & loquela de ne-  
cessitate præcepti, difficile est, quod poterit falce  
A braha, quibus circuncisio imposta fuit tan-  
quam signum & protestatio Messie venturi, non  
habuerint obligationem credendi, & profundi-  
aduentum

aduentum futurum Messiae toties à Deo illis propositi, & prænuntiati. Similiter nec viderit efficax argumentum, quod afferit ibidem Suarez ex eo, quod antiqui non habebant notitiam, vel fidem explicitam peccati originalis, in cuius remedium Christus venturus erat. Nam, quidquid sit, an cognoverint explicite peccatum originale, certum ramen est, eos de facto credidisse communiter Messiam venturum, in dō & hodie falsò id credunt Iudæi: potuit ergo exigi una fides explicita sine alia.

Obiici solent aliqua loca Augustini, qui videot necessitatem talis fidei explicitae posuisse in omni statu. De iis tamen dicendum est difficultate sequenti. Difficilius obiici posset Nazianzenus oratione 20. de sanctis Machabæis ubi generaliter dicit: *Quin etiam mystica quadam & occulta ratio mibi quidem, atque omnibus Dei amatoribus valde probabilis est, neminem eorum, qui ante Christum aduentum martyrio consummati sunt, id sine fide in Christum consequi posse.* Quæ verba Hurtado ubi supra §. 2. explicat de fide implicita in Christum. Sed Nazianzeni verbis sine violencia applicari hæc explicatio non potest. Præmisserat enim ab aliquibus Machabæos non ita honorari, eo quod Christum precesserunt. Ad quod responderem, immo ideo magis esse honorandos. *Qui enim ante Christi supplicia martyrum subierunt, quid tandem erant facturi, si post Christi tempora vexari fuissent, eiusque mortem nostra saluti causa suscepimus ad imitandum propositum habuissent;* Nam qui nulli hisusmodi exemplo ob oculos posse, tantu virintis laude fluerunt, cui dubius esse potest, quin idem tale exemplar intuentes, multò generosius, fortiusque se periculis obiecturi fuerint; Postea vero addit, non paucos fuisse absque Christi recordatione, scilicet explicita, nam implicita illa, qua credebatur Deum esse iustificatorem per aliqua media sibi ignota, impertinens esset ad propositum, quod manifestius patet ex verbis sequentibus: si enim de fide illa solum implicita loqueretur, non debuisset dicere, id sibi probable esse; nec illam esse mysticam, & occultam rationem, in dō aperta; manifesta, & certa omnino ratio esset, de qua nemo vnguā dubitasset, omnes iustos fideles, & martyres antiquos, fidem implicitam Christi habuisse, cùm omnes crederent in communī, vera esse quæcumque Deus reuelasset, & Deum etiam iustificatorem, & salvatorem hominum esse per media ipsi cognita: non ergo agebat Nazianzenus de fide illa solum implicita in Christum, sed de alia magis explicita, quā probable putat fuisse de facto in omnibus martyribus antiquis: non enim loquitur de omnibus fidelibus, sed de aliquibus eximiis, quales in primis fuerunt martyres, qui olim non multi fuerunt. Quam fidem explicitam Christi non dicit fuisse illis necessariam necessitate medijs: nam licet in versione supra relata dicat, *neminem martyrum id sine fide in Christum consequi posse;* in versione tamen Billij solum dicit, non esse de facto consequitum; & reddit rationem, quia mentibus puris, hoc est, puritate cordis spirituali nitentibus, Deus eiis modi notitiam communicate solebat. Verba ipsius ex translatione Iacobi Billij haec sunt. *Ac simul arcana hac doctrina est, nec mysterio vacans, mibi quidem, pīisque omnibus viris adnodum probabilitis: neminem videlicet eorum, qui ante Christum natum martyrio perfuerūt sunt, id circa Christi*

*fidem esse consequitum. Quanquam enim verbum suo postea tempore liberè promulgatum est: puris tamen animis etiam ante innocentiam: quemadmodum ex multis, qui ante ipsius nativitatem honoribus effectis sunt, liquidoper spīci potest. Ex quibus verbis argumentum potius desum potest pro nostra sententia si enim solis puris animis ea notitia explicita Christi communicabatur, non ergo erat necessaria necessitate medijs ad salutem; alioquin omnibus fidelibus debuisset communicari, non solum puris, sed etiam iustis mindis puris, atque etiam peccatoribus.*

Secunda ergo difficultas est, utrum saltem in statu legis gratia requiratur de necessitate medijs fides explicita Christi. Prima sententia docet, requiri fidem explicitam Christi, non quidem ad primam iustificationem, sed ad gloriam consequitionem. Ita Canus in relect. de Sacrament. in generali parte secunda conclusione 3. Ioan. de Bono tract. de predefinitione in response ad obiectiones. Ledesma, Castro, Bañes, & Aragon. quos referunt Suarez ubi supra s. 4. num. 9. fundatur autem hæc sententia potissimum in eo quod Cornelius act. 10. cūm esset iustus, neceſſe habuit instrui à Petro de fide Christi, ut saluus fieret, ergo ideo, quia illa fides necessaria erat ad gloriam consequitionem; deinde, quia hoc pacto videntur soli difficultates virtusque extremi; si enim dicas fidem explicitam Christi esse necessariam ad primam iustificationem, difficile videatur, quomodo homo credens in Deum, & invincibiliter ignorans mysterium Christi, non possit conteri ex Dei dilectione ad iustificationem; si vero diccas, fidem Christi non esse necessariam, obsunt plura Scriptura, & Patrum testimonia, quæ videntur per hanc sententiam conciliari.

Ceterum hæc sententia communiter reicitur, & merito, nam in primis testimonia scripture si quid probant, probant etiam de prima iustificatione, ut ex eorum verbis, quæ postea proponeamus, manifestè constabit: non enim loquuntur de gloria, sed de iustitia, & remissione peccatorum. Deinde, quia gratia afferit secum semper ius ad gloriam; ergo ea solum ad gloriam requiruntur, que requirantur, ad primam gratiam; ideo in scriptura solum requiritur ad gloriam carentia peccati, Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* 2. ad Timoth. 2. *non corona bitur nisi, qui legitime certauerit.* Denique Augustinus Iepè arguit contra Pelagium assertorem parvulos non baptizatos carere omni peccato, & ramen excludi à Regno Dei; ergo si iustificatus sine fide explicita Christi caret omni peccato, non est cur non possit aſſequi regnum; præfertim cūm possit contingere hominum statim post primam iustificationem mori antequam habeat fidem explicitam Christi. Addit Suarez n. 16. posse cathecumenum esse sufficienter instrutum circa alios articulos, & petiſſe baptismum, & incidere mortis articulum cum carentia viſus rationis; quo casu nemo dicit non esse baptizandum. si autem baptizeretur, & moriatur, saluabitur utique cūm doluerit antea de peccatis: ergo consequetur gloriam absque fide explicita Christi.

Secunda sententia satis communis docet, fidem explicitam Christi necessariam esse, ut medium in lege gratia ad primam iustificationem. Hanc sententia, ultra alios quos referunt, tenent Valentia ubi supra, Lorca in praesenti disput. 22. & Thomas Sanchez in primo præcepto decalogi lib. 2. cap. 2. licet

88

*An saltem  
in statu legis  
gratia requiri-  
tur neces-  
sitate medijs  
fides explici-  
ta Christi.  
Prima sen-  
tentia.*

89

90

*Secunda sen-  
tentia.*

plures ex auctoribus, quos referunt, non loquuntur de necessitate medij, sed solum de necessitate pracepti, ut bene de Magistro Scoto, Gabriele, & aliis probat Coninch d. 14. a. n. 134. Alij eam modificant, ut Scotus, qui censet illam ne-necessitatem solum procedere quando adest copia prædictoris: alioquin posse suppleri per fidem implicitam. Ceterum haec modificant destruit totam sententiam; nam posita copia prædictoris, & notitia obligationis, iam esse ignorantia vincibilis, & culpabilis, qua stante non posset homo iustificari. Eadem tamen sententiam tenet Granad. r. 11. 10. disp. 2. sect. 2. Molin. 1. part. art. 1. disp. 2. Lorinus in c. 10. A. 2. vers. 2.

91  
Terita sententia probabilior.

fariam necessitate medij fidem explicitam Christi ad iustificationem, vel salutem Hanc tenet Mich. de Medina lib. 4. de re lata Deum fide c. 10. Vega lib. 6. in Tridentinum c. 22. laucl. 2. part. Christiana philosophia tract. 1. cap. 1. ad finem, Zumell. 1. 2. queſt. 89. art. 6. disp. 4. & alijs, quos sequitur Suarez dicit. sect. 4. num. 10. Turrianus in presenti disp. 27. dub. 4. Hurtado disp. 44. sect. 1. qui alios plures affert, & notat, Lorcam in eandem sententiam relabi disp. 22. num. 11. vbi dicit, sufficere eam fidem explicitam in voto. Denique plures alios congerit Coninch disp. 14. n. 163. ipsum tamen ego non computo, quia licet eam videatur tenere, sed reuera solum negat esse necessariam fidem explicitam, qua creditur Christum esse Deum & hominem, & secundam personam Trinitatis, sed dicit sufficere implicitam, credendo implicitè cum esse mediatorem, & salvatorem nostrum; in quibus verbis multum discedit ab Auctoribus huius sententiae, qui nec eam necessitatem agnoscunt. Et denique haec est communis sententia inter nosdos Recentiores, & videtur esse S. Thom. 3. 3. part. queſt. 69. art. 4. ad 2.

92  
Probatur Scriptura.

Probari potest primò ex Paulo ad Hebr. 11. ex vbi solum videtur exigere ad salutem fidem unius Dei remuneratoris, ex qua fide sufficenter excitatur homo ad considerationem bonitatis Dei, & ad diligendum ipsum super omnia, & dolendum de peccatis per veram contritionem; ergo sine fide explicita Christi potest iustificari. Confirmatur primò quia ad iustificationem cum sacramento baptismi, vel penitentia sufficit attritio ad quam non requiritur cognitio Christi, sed potest concepi ex animo gehenna, vel ex turpitudine peccati; ergo, qui invincibiliter ignoraret Incarnationem, posset iustificari in Sacramento ritè suscepito. Quod autem Deus peculiari prouidentia amoueat vnum Sacramentorum ab his, qui ignorant Christum, est incredibile, & contra id quod non solum apud Indos sed etiam apud rusticos nostros quotidie experimur, quam plures invincibiliter ignorantes Incarnationem, quod si cum hac ignorantia non possunt iustificari, deberent sane repetere confessiones totius vitæ, nec sufficeret instrui nunc à Confessario de Incarnatione, nam omnes præcedentes confessiones non habuerunt effectum, nec valorem, defectu dispositionis requisita. Læliz fidei explicita Incarnationis, alioquin si habuissent valorem, habuissent effectum, sacramentum enim causat gratiam in non habente obicem peccati. Quis autem obliget penitentem ignarum Incarnationis ad repetendas confessiones totius vitæ: Sanè opinio, ex qua illud sequitur, licet alioquin ad cathedram

probabilis sit; ad primum tamen, & ad rusticorum conscientias tractandas durissima est. Quos efficiet doceas incarnationem, toties obliuiscuntur, quæ audierunt, nec poterunt cras, si regenerantur, reddere rationem. Non ergo credibile est, horum iustificationem dependere semper, tanquam à medio necessario à notitia explicita Incarnationis.

Confirmatur secundo, quia si ad primam iustificationem præterequitur haec notitia, regreditur etiam ad secundam & tertiam, & quod aliquis relabitur in peccatum, & de novo accipit primam gratiam in sacramento, vel extra sacramentum. Hoc autem planè videtur quidam, esset enim reddere dubium valorem multorum confessionum, ad quas pœnitens sape accedit sine memoria Christi, sed ex desiderio sue salutis, ex odio peccati, & amore Dei, &c. Respondet Lorca vbi supra memb. 4. in fine sufficere ad secundam iustificationem memoriam implicitam Christi, postquam aliquis semel Christum explicitè credit: sicut etiam sufficit detestatio, vel propositum implicitum non peccandi contentum in actu dilectionis super omnia, si non occurrat memoria peccati. Sed contra; in primis exemplum non est ad rem, quia detestatio & propositum taliter continetur in actu dilectionis super omnia, vt non solum continetur in ordine ad secundam iustificationem, sed etiam in ordine ad primam, licet aliquis nunquam haberet formaliter detestationem, & propositum ergo exemplum aliud probat; probaret etiam fidei explicitam Christi posse suppleri in ordine ad primam iustificationem. Deinde testimonia Scriptura, & Patrum, si probant fidem explicitam Christi habere necessitatem medij ad iustificationem, probant & qualiter de prima, & de secunda iustificatione, quale est illud Ioan. 3. Sic Moses exalitauit serpentem in deserto, ita exaltauit opere filium horinum, & omnis, qui erat in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Vbi videtur exigi fides in Christum crucifixum ad salutem a peccato, sicut Iudei adspicentes serpentem exaltatam fanabunt a vulneribus ergo sicut ad salutem corpoream exigeretur virus actualis, nec sufficeret prius alpenses; licet etiam ad salutem spiritualem à novo vulnere exigeretur de novo adspicere in Christum, nec sufficeret antea credidisse. Simile est illud Paulus ad Galat. 2. quod pro contraria sententia assertus est, quod non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi. Vbi vides, sidem Christi exigit tanquam id, per quod homo iustificatur, sed ante commissum peccatum non iustificatur ab ipso, ergo post ipsum peccatum requiriuntur fides Christi: ergo vel ad secundam iustificationem non exigitur necessaria fides explicita Christi, vel requiritur ad omnes.

Denique probatur haec sententia, quia fides explicita Christi, neque ex natura rei necessaria potest esse, vt de se patet, neque ex Dei decreto, vt patet, ut debet respondendo ad omnia Scripturæ loca, ex similitudine quibus tale decretum colligi potest. Pro quorum explicatione in vniuersum notare oportet, plura sunt, ex illis solum agere de necessitate præcepti, quale de aliis est illud Marc. vitimo: *Qui vero non credidit, condamnabitur.* vbi non est sermo solum de fide Incarnationis, sed de fide totius euangelii; præferat enim Christus, *Euntes predicate Euangeliū omni creaturā.* nemo autem dixerit, sidem expliceti

explicitam totius doctrinæ Euangelicæ esse de necessitate medijs, imo nec præcepti; requiritur tamen fides implicita circa omnem illam doctrinam item illud Act. 16.vbi interroganti, quid me oportet facere, ut saluus sis? Responderunt Paulus & Silas: Credete in Dominum Iesum, & saluam eris: & illud Ioann. 3. Qui non credit, iam iudicatur est, quia non credit in nomine Filii Dei, &c. & cap. 8. Qui incredulus est Filius, ira Dei manet super illum, & illud ad Rom. 10. Si confitearis ore tuo Dominum Iesum, & corde credideris, quod Deus suscitavit illum à mortuis, saluam eris. Vbi certum est, non agere Paulum de necessitate medijs, alioquin confessio etiam externa fidei esset medium necessarium, quod nemo dixerit.

Alia sunt loca, quibus fides Christi ponitur ut necessaria, & ut fundamentum: non tamen agitor tam de fide Christi ut obiecti, quām de fide Christi, ut cause meritorij, & ut conditio gignitor à notitia legis, ex qua non iustificatur homo, sed ex gratia, seu fide per Christum: nam, ut ait Augustinus de fide & operibus, cap. 16. non fides Christi appellatur, qua Christum credimus, sed quam per Christum accepimus: qui modus loquendi familiarissimus est Paulo, præseruit tota epistola ad Rom. vnde cap. 3. ait. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eō: & subdit: iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptiōnem, que est in Christo Iesu, quem propositus Deus propitiacionem per fidem in sanguine ipsius ad offensionem iustitiae suis propter remissionem precedentium dilectorum in susceptione Dei ad offensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi, quo loco planè non loqui possumus de iustis noui testamenti; sed de omnibus iustis, ut constat ex illis verbis, propter remissionem præcedentium dilectorum. Non fuit autem omnibus iustitis necessaria fides explicita Christi, ut supra vidi mus, & fatentur aduersarij; ergo fatendum est, paulum non tribuire virtutem iustificandi fidei in Christum, ut in obiectum, tanquam cause necessaria, sed ut causa habent sufficientem virtutem ad iustificandum inchoatiū, sicut eam etiam habet fides in Deum. Fides autem Christi ut principij meritorij, est causa necessaria omnibus in vitroque testamento, quia omnis fides per quam iustificati sunt, prouenit ex meritis Christi. Hoc etiam spectat illud ad Galatas 2. scientes, quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Et illud: Ex nos in Christo credimus, ut iustificemur ex fide Christi, vbi cum prius agat de fide, per quam semper homines iustificati sunt, non potest inferre necessitatem fidei explicitae in Christum ad iustitiam, sed infert particularem ex vniuersali; quia scilicet semper iustitia oritur ex fide per Christum, id est nos habemus fidem in ipsum Christum, quæ à fortiori erit per Christum, ut per ipsam iustificemur. Et illud: nam in Christo Iesu neque circumcisio aliiquid valet, neque prepudium, sed fides, quæ per charitatem operatur, &c. Et illud act. 4. Non est alius nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nec longe abest illud: Pauli 1. ad Cor. 3. ut sapientz architelus fundatum posui omnesque videat quomodo sapientz dicit: fundamentum enim aliud nemo posset ponere, prater id, quod possum et, quod est Christus Iesus. Vbi non est specialis sermo de fide explici-

ta Christi, quasi ea sola sit unicum, & necessarium fundamentum iustitiae: alioquin fides explicita Trinitatis non esset necessarium fundamentum, quod est contra aduersarios, qui & quia uenter docent necessitatem utriusque notitiae: potest ergo Paulus intelligi de fide Christiana, seu doctrina Christi, quæ quidem est fundamentum iustitiae; nam sine hac fide nemo potest iustificari: in quo sensu accipienda sunt verba Gregorij relativi in cap. ciam Paulus 26.1. quæst. 1. Cum Paulus, inquit, dicat, fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. consequenter probatur, quod ubi Christus fundatum non est nullius boni operis potest esse adiutorio.

Alia etiam sunt testimonia, quæ solū probant, notitiam explicitam Christi habere virtutem ad iustificandum eo modo, quo iustificari possumus per fidem: non verò probant necessitatem talis notitiae: quale est illud Ioann. 3. exaltatio reportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat. Et illud Pauli ad Rom. 3. Iustitia Dei in omnes, & super omnes, qui credant in eum. Et illud Ioann. 6. qui credit in me habet vitam aeternam. Et Ioann. 11. Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in aeternum; & illud Ioann. 17. hac est autem vita aeterna, ut cognoscant te solū Deum verum, & quem misericorditer Iesum Christum. Et Ioann. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri iis, qui credunt in nomine eius, alibi sapientia. Quæ omnia si probarent necessitatem fidei explicita Christi, probarent etiam contra aduersarios illam solam sufficere, sine fide explicita Trinitatis; potest enim benè cognosci explicitè Christus, sine fide explicita Spiritus sancti.

Affert etiam folet testimonium Pauli ad Galat. 3. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut premisso ex fide Iesu Christi daretur credentiibus. Prīus autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur cuncti, in eam fidem, que renelanda erat. Vbi videtur Paulus significare, ante aduentum Christi sufficere necessitatem notitiam implicitam Christi, in qua, tanquam in nebula, inclusi erant fideles, donec aduentus Christi reuelata fuit ea fides, & facta explicita, ita ut sicut antea exigebarunt implicita, iam exigatur explicita. Verum ex hoc loco nihil probatur, nam licet demus, Paulum loqui de fide implicita Christi, & sub ea dicat olim contineri iustos, & que ad Christi aduentum; non tamen dicit fidei illam implicitam sufficere olim necessitatem, nec modò esse necessariam explicitam, sed solū, quod PP. antiqui habuerint implicitam, & nos explicitam. Alij tamen verba Pauli aliter intelligunt, non de fide implicita Christi, sed de lege Moyhs, intra quam intenbarunt homines nesciunt, & que ad legem gratiæ, quæ est lex amoris. Denique alij dicunt, Paulum in illis verbis: prius autem quam veniret fides; non loqui de prioritate temporis legis scriptæ ad tempus legis gratiæ; sed de prioritate secundum considerationem nostram, quia etiam ante aduentum Christi considerabatur homo præcisè cum notitia legis, sine spiritu fidei, quæ etiā tunc dabatur per Christum; nam in illa priori consideratione erat quasi inclusus in carcere legis, quæ sola sine aduentu Christi futuro non dabant vires ad non peccandum; donec consideraretur idem homo per aduentum Christi futurum habet spiritum fidei, à quo poterat iustificari.

Vltimè affert locus Act. 10. vbi Cornelius Centuriō vir fultus, religiosus, ac timens Deum, cuius

96

97

98

cuius orationes, & elemosynæ acceptæ erant coram Deo, admonitus tamen fuit ab Angelo, ut vocaret Petrum, qui prædicaret ipsi fidē Christi, ut saluus fieret. Ex quo loco infert Augustinus necessitatem notitia Christi de prædestinatione Sanctorum cap. 7, vbi de Cornelio sic ait: *Cuius accepta sunt elemosyna, & auditæ orationes, antequam credidisset in Christum. Nec tamen sine aliqua fide donabat, & orabat: nam quomodo invocabat, in quem non crediderat?* Sed si posset fine fide Christi esse saluus, non ad eum adficendum mitteretur architectus Apostolus Petrus. Verum hic locus videtur probare plusquam intendit contraria sententia; cum enim Cornelius esset iam iustus, ergo si adhuc indiguit fide explicita Christi, non ideo fuit, quia hæc esset medium necessarium iu stificationem, sed ad gloriam consequitionem, ut volebat Canus. Dicunt, in Cornelio, licet iam esset iustus, fuisse necessarium, quia Cornelius iustificatus fuerat vigente adhuc statu veteris Testamenti ante Christi ascensionem, quo tempore fides explicita Christi non erat medium necessarium, quare cum postea ceperit esse necessaria, debuit requiri in Cornelio non ad iustificationem, sed ad perseverantiam. Verum in hoc non videntur procedere satis consequenter contra Canum auctores huius sententia; nam ipismet Canum impugnat, quod posuerit aliquod medium necessarium ad ultimam salutem, præter ea, quæ necessaria sunt ad primam. Cum ergo ipsi hoc admittant in Cornelio, & ceteris iustis illius temporis, facile poterit Canus eam necessitatem extendere ad iustos etiæ nostri temporis; præterim quia tunc ex eo solùm poterat aliquis iustificari ex fide vnius Dei, quia nondum erat perfèctè promulgatum Euangeliū in illa regione; ergo cum nunc etiam non sit perfèctè promulgatum in multis regionibus; eadem debet ibi ratio militare; imd & circa singulos homines; nam si respectu huius hominis non est perfèctè promulgatum Euangeliū, & fides Christi, quid refert promulgatum esse alii hominibus, quominus iste possit iustificari ex fide vnius Dei?

99

Ad argumentum ergo duplíciter possumus respondere. Primo negando, tuisse Cornelium iustum iustitia supernaturale ante aduentum Petri, sed solum iustitia quadam moralis, qua regulariter legem naturalem obseruabat, & bonis operibus studebat, licet in aliquo deficeret, ut cum aliis tener Valsquez 1. 2. diff. 192. cap. 1. & est sententia Chrysostomi tom. 3. in sermone de fide, & legi naturæ, vbi sic ait: *Eccl. Et vis planè vide: quod opera sine fide non vinificantur?* testimonium bonum habuit Cornelius de elemosyna, & preci- bus, & Christum ignorabat: & quia magis ille iustitia, & veritatis index perfonarum respectum nesciens videt bona quidem opera, sed mortua, quia fidem non habebat, mittit diuinum Angelum, &c. idem docuit S. Gregorius homil. 9. in Ezech. vbi sic ait: *Vnum sine altero nihil prodeesse valet quia nec fides sine operibus, nec opera sine fide, nisi fortasse pro fide percipienda: sicut Cornelius pro bonis operibus meruit audiiri antequam fidelis exsisteret; pro quo sunt Basil., in regulis brevioribus, regula 224. Oecumenius in 10. cap. Aetorum, & denique Augustinus expressè in multis locis, quæ congerit Valsquez vbi suprà. Quare si Cornelius nondum erat iustus, non mirum, quod ne- cessè si esset instru à Petro, ut iustificaretur.*

Secundò respondere possumus admittendo, Cornelium fuisse verè iustum apud Deum, etiam ante aduentum Petri, quæ est communis sententia, & videtur colligi ex ipso contextu; adhuc tamen indiguit in structione Petri, qui fides Christi explicita incipiebat obligare præcepto gratiæ in illa regione, ut aduertit Alex. 3. part. quæst. 8. memb. 4. art. 2. & constat ex verbis Petri ibi, *Uis facitis quod factum est Verbum per uniuersam In- daam, &c. Quod si Petrus non veniret ad Cor- nelium; facile esset ipsum habere ignoriam viciabilem Christi, & damnam, ad quod pericu- lum præcauendum monitus fuit proper propter sua opera bona, ut vocaret Petrum.*

Secundò asserunt pro se plura testimonia Petrum, quæ congerunt Valentia in presenti quæst. 2. puncto 4. & Lorca vbi suprà memb. 2. Sed etiam in illis plura loquuntur de necessitate præcepti, quæ etiam extendunt ad totum symbolum, & ideo immixtò afferuntur in hac questione: alia loquuntur de fide Christi, id est, doctrina Christi, quam iam suprà diximus esse medium necessarium. Alia posunt intelligi regulariter loquendos nam de facto ferè nullus saluus fit sine fide explicita Christi. Alia denique posunt explicare fide implicita, vel de fide explicita in voto.

Vnus superest Augustinus, cuius verba diligenter habent explicationem. Afferit autem sibi in lib. de natura & gratia cap. 2. vbi ex eo, quod aliquis posset habere salutem sine fide explicita passionis Christi, infert, Christum genitum mortuum esse. Sed hic locus vñcunq; poterit explicari in eo sensu, quod Augustinus solùm negat naturam sibi relatiæ posse compate notitiam Dei sufficientem ad salutem sine fide Christi, id est, sine fide per Christum Difficilis loquitur idem Augustinus in lib. de correctione & gratia 7. & de prædestinatione Sanctorum cap. 2. & lib. 2. contra Pelagium, qui est de peccato originali o. 2. 4. & epist. 89. & lib. 1. ad Simplicianum, vbi videtur exigere expresse cognitionem explicitam Christi. Verum loca Augustini, si aliqui probant contra nostram sententiam, probant enim fidem explicitam Christi necessariam fuisse eadem modo ante ipsius aduentum, licet in nobis magis explicita sit quod alias circumstantias Incarnationis; nam in predicta epistola 89. ait, commendari Christum ab Apostolo ad Rom. ad iustificationem, ut sciamus (aut Augustinus etiam antiquos in eos, quicunque esse potuerunt, non nisi eandem fidem liberatos, per quos liberari & non fidem scilicet Incarnationis Christi, quæ illius pronunciabatur, sicut à nobis scilicet emanavit: ideo idem Christum hominem dicit, cùm sit Deus, ne quis antiquis exigitur in eos per Deum tantummodo, id est, per Verbum, quod erat in principio non etiam per fidem Incarnationis eius, quia & homo Christus dicitur liberare potuisse. Hac Augustinus, vbi vides, non confitit differentiam ab ipso inter iustos veteris, & noui Testamenti, quod illi omnino implicitè cognouerint mediatorem in aliquo vniuersali principio; ait enim: *Habuisti fidem Incarnationis, que eis pronunciabatur: non potest autem pronunciari, nisi ha- mentio eius quod pronunciatur: licet hanc fidem antiquorum appellat velatam, & occultam; no- stram autem reuelatam, & apertam, quia quæd omnes circumstantias maior sit notitia mysteriorum in novo Testamento. Ceterum aliquam noti- iam illis fuisse necessariam docet expresse in d.*

Lib. 2. contra Pelagium cap. 26. vbi ait, ideo illos in resurrectione venturos esse vita eterna, quia in Christo iustificati, ideo autem in Christo iustificatos, quoniam ad illius corpus pertinent, quia & ipsis caput est Christus, & ideo ipsis caput esse, quia unus mediator Dei & hominis est Christus, quod eis non fuisset, nisi in eius resurrectione per eius gratiam credidissent: & hoc quomodo fieret, si cum in carne venturum esse necessitatem: Hec Augustinus, quem fateri debemus esse contra aduersarios etiam quatenus sicut explicitum Christi, & multo magis resurrectionis Christi negant fuisse medium necessarium ad salutem in lege veteri, vel si ab eis explicetur loqui de necessitate aliqua morali, quia fides diuina regulariter non poterit alicui proponi sine fide explica mediatori, eodem modo poterit explicari de tempore legis gratiae.

Difficilius fortasse explicari possunt verba ciudem Augustini lib. 18. de Cœnit. Dei cap. 47. vbi agens deis, qui olim ex gentibus saluti fuit, ait: *Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui dominus reuelatus vnde mediator Dei, & hominum bonus Christus Iesus, qui venturus in carne sit antequam sancti preannuntiabatur, quemadmodum venisse nobis nuntiatum est; ut una eademque fides per ipsum omnes in Dei Cœnitatem, in Domum Dei, in Dei templum prædestinatos præducat ad Deum.* P. Suarez dicta dyp. 12. feli. 3. n. 13. relatis his Augustini verbis, fatetur Augustinus in ea fuisse lententia, ut semper necessaria fuerit fides explicita Christi; postea vero n. 17. dicit, explicandum est Augustinum, sicut eum explicar Hugo de sancto victore, quod necessaria semper fuerit ea fides explicita in corpore Ecclesie, non vero in singulis personis; quæ tamen expostio difficulter est, si verba Augustini considerentur. Certè verba illa, si quid probant, non minus probant necessitatem illam pro tempore legis scripturae, & legis naturæ, quam pro tempore præsentis, cum expresse loquatur de iustis antiquis, qui extra legem scriptam salvi facti fuerunt, dici posset, Augustinum ibi non negasse potestem iustitiam acquirendæ sine ea fide explicita, sed solum circa questionem de facto in ea lententia, quod de facto nullus fuisset iustus, & sanctus in aliquo statu, qui fidem explicitam unius mediatores non habuerit. Nam sicut de facto probabile videtur nullum apud Christianos reperiiri hominem fidelem & iustum, qui aliquid de Christo non audierit, & crediderit; sic idem apud Iudeos ante aduentum Christi existimari potest, in quibus tam communis erat notitia Messia venturi, quam apud nos Christi iam nati. Extra illum vetero populo, qui fideles erant apud gentes, & iusti, vel illuminati fuerant diuinis per Angelos, ut videtur supponere Dionysius de celesti Hierarchia cap. 9. quem afferit Leoninus Coquatus explicans verba illa Augustini proximè citata de Cœnitate Dei; & hi non est credibile, quod non illuminarentur etiam circa aduentum Christi futurum. Vel notitiam fidei per homines acceperant: & id fieri non poterat, nisi vel quia è Iudeis eam acciperent, vel per traditionem in aliquibus familiis consernatam & in utroque casu difficile erat non accipere etiam notitiam Mediatores futuri, sine qua fides Iudeorum non communicabatur, & quæ etiam ex traditione Patriarcharum simul cum notitia veri Dei cœserabatur apud eos, in quibus conservabatur vera

religio, & fides unius Dei. Quidquid tamen sit circa factum, nobis sufficiat, hanc non esse necessitatem medij, sine quo non sit potentia iustitiae, vel gloria comparanda.

Video, vrgeri adhuc posse ex eodem Augustino alibi exigente hanc fidem explicitam, ut homo possit iustificari à peccato. Nam lib. 2. de gratia Christi, qui est de peccato originali, c. 24. Sic loquitur: *Iste sine ista fide, hoc est, sine fide unius Mediatores Dei, & hominum, hominis Christi Iesu, sine fide, inquam, resurrectionis eius, quam Deus hominibus destinavit, que utique sine Incarnatione eius, ac morte non potest veraciter credi: sine fide ergo Incarnationis, & mortis, & resurrectionis Christi, nec antiquos iustos, ut iusti essent à peccatis potuisse mundari, & Dei gratia iustificari, veritas christiana non dubitat: sine in iis iustis, quos sancta Scriptura commemorat, sine in iis iustis, quos quidem illa non commemorat, sed tamen fuisse credendi sunt; vel ante diluvium, vel inde usque ad datam legem, vel ipsius legis tempore, non solum in filiis Israël, sicut fuerunt Propheta, sed etiam extra eundem populum, sicut fuit Job.*

Hæc tamen verba non solum nostram, sed omnium ferre fententias impugnare videntur, cum non solum in lege gratiae, sed in lege scripta, & in lege etiam naturæ eam fidem explicitam exigas; & quidem explicitam non solum de uno mediatore, sed de modo redemptoris per carnis assumptionem, mortem, & resurrectionem, quam fidem ita explicitam, in omni tempore nemo exigit de necessitate medij. Quare ego magis crediderim, Augustinum in longè diuerso sensu ponere necessitatem ita viuieralem illius explicitæ fidei; nimur in eo sensu, in quo in Symbolo Athanasij dicuntur: *Hoc est fides Catholicæ, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.* Cùm tamen non omnia, quæ in eo symbolo continentur, debeat necessariò à singulis fidelibus explicitè credi, vel cognosci, ut constat: dicitur tamen necessaria illa fides, quatenus sine peccato infidelitatis negari non potest. Qui sensus in verbis Augustini colligi potest ex contextu in capite præcedenti, & sub sequenti, ex quibus constat, totum illum Augustini discursum esse contra aliquos Pelagianos, qui contendebant, controuerbas illas de peccato originali, & de necessitate gratiae non esse, circa res ad fidem pertinentes, sed circa alias quæstiones ad fidem non necessarias. Augustinus vero id impugnat & dicit, res illas esse ad fidem pertinentes, & non esse sicut questionem de paradiſo, ubi sit, vel alias similes, quas enumerat; sed esse tales, sine quacum fide nemo vnuquā iustus esse potuit, hoc est, illas negando (ut volebant illi heretici) quia semper fuerant sufficienter reuelatae: quod probat, quia etiam olim multi petebant liberari à peccato, in quo concepti fuerant, & confitebantur diuinitatem Christi venturi, ut ex multis Scripturæ locis ostendit, ex quo exemplo peccati originalis colligitur rufus Augustini mens: nemo enim dicet, fuisse olim necessariam necessitate medij fidem explicitam peccati originalis: non ergo de eo necessitatis genere loquitur; sed de illa necessitate, quæ ad intentum præfens spectabat, nimur, quæ veritates illæ nunquam salua fide negari potuerint, hoc enim solum heretici volebant, quod salua fide in iis possit quilibet in alteram partem liberè opinari.

Opponi

103

Opponi etiam solet auctoritas S.Thomæ in praesenti quæst. 2. art. 7. & 8. vbi assertit esse necessaria fidem explicitam Incarnationis & Trinitatis. Verum S.Thomas exprefſe loquitur de necessitate præcepti ; nam in art. 7. in corpore eodem modo docet teneri hominem credere explicitè articulos Christi omnes , qui solemniter celebrantur, quod non potest intelligi de necessitate medij , præsertim cum ſepe vtatur verbo illo tenentur quod propriè significat præceptum.

Nec etiam obstat Tridentinum ſett. 6. cap. 6. vbi inter præcipias diſpoſitiones ad iuſtificationem ponit fidem explicitam redēptionis per Christum. Nam certum eſt , non omnes diſpoſitiones ibi poſitas eſſe necessarias necessitate medij. Sed Patres numeralleſſe eas, quæ regulariter ſolent interuenire , vt notauit etiam Suarez diſt. ſett. 4. num. 22.

104

Lorca vbi ſupra membr. 2. afferit duas rationes contra noſtrā ſententiam. Prima eſt, quia baptiſmus eſt neceſſarius neceſſitate medij; ſed baptiſmus eſt profeſſio explicita fidei Christi, ergo fides Christi explicita eſt neceſſaria neceſſitate medij. Vnde quaque claudicat haec ratio , nam baptiſmus non eſt profeſſio explicita Christi, cum conſet poſſe valide fuſcipi ab eo, qui omnino ignorat Christum, licet eo ipſo implicite Christum profitetur. Deinde baptiſmus in re fuſcepſus non eſt medium neceſſarium ad ſalutem, ſed in re vel in voto.

Secunda ratio eſt, quia ex noſtrā ſententia ſequeretur Iudæum vel Gentilem ſaluari poſſe, ſeu aliquem non Christianum; nam poſſet habere fidem ſupernaturem vniuersitatis Dei , & ignorare invincibiliter Christum, & per conſequens non eſſet Christianus , quia Christianus dicitur aliquis propter notitiam Christi, quam habet. Conſequens autem videtur eſſe diſcretum , & contra Pontificem in extrau. *Vnam ſanctam*, de maiorit. & obed. & in c. ſirmiter, de ſumma Trinitate, vbi dicitur extra eccleſiam non eſſe ſalutem. Respondeatur, illum calum ex natura rei non repugnare; illum tamen hominem non eſſe dicendum non Christianum, quia licet viſibiliter in Eccleſia non fuerit recepitus , formaliter tamen & interiori vnam fidem habitualem, & actualē habuit communem cum Eccleſia, & coram Deo cum Christianis numerabitur: de quo videri poſt Iauellus 2.p. christiana philoſophia tract. 1. cap. 1. ad ſi- nem & Suarez ſett. 4. num. 22.

105

*An fides explicita Trinitatis ſit neceſſaria neceſſitate medij.*

Reſta iam tercia diſſicultas, an fides explicita Trinitatis ſit neceſſaria neceſſitate medij. Affirmanc quotquot id aſerunt de Incarnatione, licet non ſi conſequientia neceſſaria; nam licet, ad credendam explicitè Incarnationem neceſſe ſit cognoscere Parrem, & Filium; non tamen Spiritum ſanctum , niſi ad quandam circumſtantiam non omnino neceſſitate medij neceſſariam, quod ſeſſicet Christus concepſus fuerit de Spiritu ſancto : nam ſi aliquis crederet Christum concepſum ex virgine ſine opera viri , & cooperante Deo per amorem ſuum; crederet, quod per ſe ſpeciat ad Incarnationem filii: Ex diſciplis ergo circa precedentem diſſicultatem conſtat, Trinitatis fidei explicitam non eſſe medianum neceſſarium ad ſalutem, tum quia nullum eſt fundamentum in ſcriptura , & Concilii; tum quia myſterium obſcurius & diſſicilius eſt, quam Incarnatione, qua- re ſicut Incarnatione explicitè cogita non eſt ne-

ceſſaria, vt medium, ſic nec Trinitas perſonarum. Ita docent omnes adducti pro noſtra ſententia puncto precedenti.

Quarta diſſicultas eſt vtrum fides utriuſque mysterij ſaltem in voto neceſſaria ſit neceſſitate medij ad iuſtificationem. Suppono, vorum illius poteſt eſſe medium neceſſarium in adulis ad iuſtificationem, ſicut votum aliorum præceptorum; quia cum ad iuſtificationem requiratur in adulis propoſitum ſeruandi præcepta ſue formale ſue vi- tuale incluſum in actu dilectionis, vel dete- nationis, &c. vnum autem ex iis præceptis ſi credi- re explicitè haec mysteria, non dubium, quin vo- tum huius fidei ſit medium neceſſarium adulis ad iuſtificationem. Diſſicultas tamen eſt potius, an peculiari ratione poſſit dici haec fides explici- ta medium neceſſarium in re, vel in voto, ſic Sacramentum penitentia, & alia huiusmodi. Pro quo recolenda ſunt, quæ dixi diſt. 3. de Eu- chariſtia , ſett. 1. circa differentiam neceſſarii medij, & ſoliuſ præcepti: quo ſuppoſito. Re- pondere breuiter, fidem explicitam horum myſte- riorum eſſe medium neceſſarium adulis ad pri- main iuſtificationem in re, vel in voto, quia vel ipſa fides, vel votum illius debet antecedere di- ſpoſitio poſitiva requiſita ad primam iuſtificationem. Quod non inuenitur in aliis præceptis, nam licet votum eorum ſit diſpoſitio requiſita, ipſa tamen præcepti impletio quando prece- dit ad iuſtificationem, non eſt diſpoſitio requiſita poſtiuſe influens in iuſtificationem. At vero fides horum myſteriorum exigit per ſe primam iuſtificationem, vt per debitam preparationem intellectus diſponatur homo melius ad iuſtificationem ſuſcipiendam. Dixi autem ad primam iuſtificationem: haec enim fides non exigitur quoniam conque homo poſt baptiſtum relabitur, & iuſtificatur per Sacramentum penitentia. At vero ad ipſum baptiſtum, & eius effectum requiri per le- diſtis explicita horum myſteriorum. Martinuſimo. Euntes docete omnes gentes baptiſtare in n. &c. Marc. vltimo. Predate Euangeliū omni crea- tura, qui crederit, & baptiſatus fuerit. Iacob. v. 18. Vbi vides doctrinam, & fidem per te prece- dere ad effectum baptiſtmi, & ita habet Eccleſia lib. 1. vt prius inſtruuntur in fide, quam baptiſtuntur, conſtat ex Greg. 2. ep. 3. ad boniſacium & 6. fy- nodo generali cap. 48. Clemente ep. 3. & alii ſe- latiſ de conſecratione diſt. 4. & licet quis primo iuſtificetur poſt baptiſtum in facamento pen- tientia, etiam tunc conſinetur hac fides in vo- to vt medium per ſe requiſitum ad gratiam illam quatenus etiam eſt effectus baptiſti prece- dentiſ: ad illam enim per ſe debet prece- dere hac fides explicita: prece- dicit autem hac fides non vtcunque, ſed vt diſpoſitio ad gratiam: diſpoſitio enim per modum meriti de congruo, & per con- sequens, vt medium per ſe requiſitum ad gratiam quare quando non datur hac fides explicita, pre- cedit ſaltem in voto, in quo non conſinetur fo- lum, vt alia præcepta, ſed aliud, quod per ſe de- beret prece- dere vt medium requiſitum ad illam gratiam: quod aliis præceptis non conuenit, vt fidei conſideranti patet. Vnde vltimo addere poſſu- ta ſententia, ſicut ſententia ſancti Bernardo cum Suarez diſt. ſett. 4. num. 18. fidem ex. & gratia , medium neceſſarium omnibus ad ſalutem, ſed nam per ſe loquendo, debet hac fides prece- dere ſuſceptionem baptiſtmi; ſi autem aliquando non prece- dicit, hoc eſt propter ignorantiam, vel im- potentiam

Potentiam, & per accidens: unde sicut dolor formalis de peccatis est medium per se necessarium ad iustificationem, licet per accidens contingat aliquem iustificari per solam dilectionem Dei, in qua virtualiter continetur ille dolor: sic fides explicita horum mysteriorum potest dici medium necessarium ad salutem, licet aliquando possit non praecedere formaliter, sed virtualiter, & in hoc sensu possunt intelligi plura testimonia sua adducta.

107 Sed potest dubitari, quomodo verum sit, hanc fidem explicitam Trinitatis, & Incarnationis esse medium necessarium ad salutem, cum possit se loquendo, homo iustificari ante baptismum per actum contritionis, quo calsu, licet praecedat baptismum ad votum illius fidei explicitae, sicut votum aliorum praeceptorum, non tamen necesse est, praecedere ipsam fidem explicitam horum mysteriorum, neque etiam votum illius, ut alius, quod per se loquendo debuisset praecedere ante iustificationem. Respondere tamen possumus, non esse quod ad hoc maiorem difficultatem de fide illa explicita, quam sit de ipso baptismo: sicut enim baptismus est medium necessarium ad salutem in re, vel in voto, quia vel baptismus realis, vel falso votum illius debet praecedere iustificationem, & quia quando percedit sine baptismus, sive votum illius, positiue concurrit, & directe ad iustificationem; sic dicendum est, de fide illa explicita, que necessaria est eodem necessitatibus gradu, quo baptismus, loquendo de adultis, cum enim fides illi per se praecedere debeat baptismum, nisi per accidens ignorantia, vel inadvertentia, aut impossibilitas exultet, conseqvens est, ut sicut baptismus est necessarius, sic & fides illa, quia baptismum praecedere debet, & sicut votum baptismi supponit pro baptismo, ita & votum illius fidei, quod includitur in voto baptismi, supponit pro eadem fide explicita: & sicut baptismus re ipsa positus induceret positiue ad salutem, & votum illius conducteret positiue; & ideo vere dicitur baptismus esse medium necessarium in re, vel in voto: ita fides illa explicita conducteret positiue ad salutem, cum semper esset bona, & meritoria de cognitu, & votum illius conductus etiam positiue, atque ideo vere dicitur fides illa explicita esse medium necessarium ad salutem in re, vel in voto. Denique sicut iustificatus ante baptismum, debet postea illum recipere, quia per votum illius tanquam medijs iustificatus fuit: ita iustificatus ante fidem illam explicitam debet postea cessante ignorantia, vel impotentia, eam habere, quia per votum illius tanquam medijs necessarij iustificatus fuerat. Quare eadem est ratio de necessitate baptismi, & de necessitate illius fidei, & sicut baptismus, ita & illa dici potest medium necessarium ad salutem, in re, vel in voto.

## SECTIO V.

An fides explicita Dei remuneratoris sit necessaria necessitate medijs.

108 Afirmans communiter Theologi, properet illud Pauli ad Hebr. 11. Credere enim oportet accidens ad Deum, quia est, & inquirentibus seremoniator sit. Vbi Apostolus ex eo quod Henoch placuerit Deo, inferte ipsum habuisse fidei Card. de Lugo de Virtute Fidei diuina.

dem, sine qua impossibile est placere Deo, quod probat, quia accidens ad Deum oportet credere, &c. quem locum afferit Tridentinum sess. 6. cap. 6. commendans fidem, qua disponit ad iustificationem, de hac, inquit, dispositione scriptum est accidens ad Deum oportet credere, &c. Veruntamen Concilium ibi alias dispositiones ponit, que non semper necessariò exiguntur.

Contuta hanc communem sententiam aliquæ fieri solent obiectiones, qua facile dissoluuntur. Propositus difficultas. Videatur Suarez diff. 12. sess. 3. num. 4. & sequentibus. Coninch. diff. 14. num. 115. & sequentibus, & Hurtado diff. 4. 1. quales referunt. Unica restat ex supradictis difficultas non exigua, quia ad iustificationem extra Sacramentum sufficit dilectio Dei super omnia: hæc autem haberi potest ex fide, qua credimus Deum esse in se summe bonum, vel sapientem, vel potentem &c. Charitas enim non alligatur ad beneficium Dei, aut ad aliquod peculiare attributum, sed ad omnia, & ad singula potest tendere ergo licet aliquis non cognoscat explicitè Deum, ut remuneratorem, potest eum diligere super omnia, & per consequens iustificari, item ad iustificationem in Sacramento sufficit atritio, seu deflexio peccati propter eius fröditatem, & turpitudinem: hæc autem potest cognosci & credi non cognito explicitè Deo, ut remuneratore; ergo sine fide explicita remuneracionis potest haberi iustitia.

Hæc difficultas (meo iudicio) granior est, quam ut ab auctoribus in praesenti debuisset omnino premiti, sicut vere prætermittitur. Neque enim dicere auderem, hominem qui Deum propter eius infinitam perfectionem super omnia diligenter, & (si necesse est) ideo peccata detegetur, non iustificari, cum scimus etiam sit: qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nec tam men aliunde audeo enervare Pauli testimonium supra adductum, quod ab omnibus accipi video, de necessitate medijs, non solùm ad perseverandum diu in obseruantia legis, sed etiam ad iustitiam accipiendo.

Dicamus, si placet, iuxta doctrinam superiori traditam hanc impossibilitatem esse quidem moraliter ortam ex difficultate, quam post peccatum haberet homo ad diligendum Deum plusquam se ipsum: mansit enim adeo ad se, sive propensus, ut difficultatum sit ei se à se ipso omnino abdicare; & licet per auxilia gratiae hæc difficultas magnopere minuatur: ipsa tamen auxilia non disponit hominem ita instantaneè, ut ex peccatore fiat diligens Deum super omnia sine interventu aliarum dispositionum, nam licet facile sit Deo subirdere honestare pauperem: hæc tamen mutatione fit per dispositiones proportionatas, quæ incipiunt ab amore bono sui ipsius, à timore gehennæ, à desiderio beatitudinis, ut tandem ad Dei dilectionem perueniant; ideo enim dicitur Eccles. 1. Radix sapientia est timere Dominum: illius sciencie sapientia, de qua ibidem dicitur. Dilectio Dei honorabilis sapientia; & Eccles. 25. in universum dicitur: Timor Domini initium dilectionis eius. Quia planè nisi homo aspiciat in remuneracionem, & in pœnam, non poterit ad Dei dilectionem peruenire: Qui enim (ait Theodoretus super predicta verba Pauli ad Hebr.) non hac ita habet crediderit, virtutis labore non sustinet: neque enim agriculta in agro colendo sudores toleraret, nisi se laborum fructus relaxantem speraret, ita etiam gubernator ad portum respiciens, multos la-

CC borea

bores perpetitur.. Hac Theodor. cui concordat S. Thomas in eundem Pauli locum: Alter enim (inquit) nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso. Ex quibus constat desiderium remunerationis, & metum supplicij, esse gradus, quibus peccator semper venit ad actum dilectionis Dei, quem ex illo priori affectu impetrat, ut medium ad præmium asequendum, vel fugiendum supplicium. Videatur Connich disp. 19. de spe, dub. 9. vbi impossibilitatem hanc moralem agnoscit obseruandi præcepta sine spe remunerationis.

**I. I. I.** Fatoe, aliquem reperi, qui adeo ingenua dilectione amer Deum, ut etiam certò sciret se dannandum, vel annihilandum, adhuc diligenter: ceterum ad hanc ipsam dilectionem peccator nunquam ascendit nisi paulatim, & per gradum timoris, qui radix est rotius dilectionis: difficile enim est ab extremo ad extremum, nisi per medium, & per suos quasi gradus transire: deo enim timor assimilatur leta Sutoris ab Augustino relatō in cap. sicut Seta, de pœnitentia distinkt. 2. Sicut Seta introducit linum, ita timor introducit charitatem; crevit charitas, minuitur timor, & conuerso. Quod si aliquis enix contendant aliam extraordinariam conversionem fieri, ex affectu solius amoris, quod de Magdalena aliqui credunt; non erit in hoc nimis repugnandum, licet de nulla possit cum sufficiente fundamento affirmari: dummodo adhuc in illo casu necessaria concedatur fides Dei remuneratoris, ut excitetur peccator ad eius dilectionem: facilius enim diligimus eum, quem nobis beneficium apprehendimus, quam quem in se ipso, & sibi soli bonū cognoscimus, oportet ergo in eo casu credere Deum non solum esse bonum in se, sed bonum etiam nobis non utcumque, sed ut benefactorem liberalissimum & largitorem eternè beatitudinis, ut sine affectu spei, & timoris prævio diligenter: quia licet non diligatur propter hominem, ut si nem cui, sed propter ipsum Deum, (alioquin non esset charitas, sed actus spei, vel alterius virtutis) diligitur tamen quia beneficium homini, ita ut bonitas talis beneficiorum & communicationis sit ratio motiva ad diligendum: quæ quidem bonitas magis mouet ad amorem, quam alia bonitas, qua sibi est bonus, ut docet experientia.

**I. I. II.** Dices, ad iustificationem cum Sacramento sufficit attriti ex fodiante peccati: ad hanc autem non requiritur cognitione præmij, vel supplémentum, ergo nec ad iustificationem. Respondeo, fodiamentum peccati duplicitate potest considerari. ut furtum, v.g. opponitur solū contra naturam rationalem, & ut sic nunquam moueret ad detectionem super omnia, nisi præcederet fides remunerationis, seu alterius virtutis: tunc enim ex affectu timoris, vel spei posset imperari detectione furti super omnia propter turpitudinem ipsius furti. Secundū potest considerari furtum ut habens talē *tantāque* malitiam, cui debetur tanta pena sensus, vel damni, & ex consideratione huius fodiatis excitatur attritus sufficiens cum Sacramento, sed non sine fide remunerationis, ut constat.

Contra hunc explicandi modum, quem olim in hac materia insinuavi, aliqua opposuerunt Theologi recentiores. Primo, quia sine fundamento dicimus cognitionem supernaturalem evidenter de turpitudine peccati esse minus efficacem ad mouendam voluntatem nostram ad detectionem.

dum illud super omnia, quam sit assensus fidei, & ideo de facto ante fidem formalem non habet, talem detectionem sufficientem ad iustificationem etiam in Sacramento: nam ex una parte cognitio illa excedet assensem fidei in claritate, cum esset evidens, & fides sit obfusca ex alia parte non esset minus certa, & firma, quam fides, clavis, quæ habens ita conxionem cum veritate obiecti, sicut assensus fidei, ergo esset minus efficax ad mouendam voluntatem?

Secundū, quia non appetit, cur sicut Deus cognitus per fidem, ut remunerator mouet ad detectionem sui super omnia, non possit etiam mouere nos ad similem detectionem cogitantes per fidem, non ut remunerator, sed sub aliis petitioib⁹ diuinis: cum enim omnes perfectiones diuinae sint infinitæ, & æquales, & amabilis sunt ex bonitate obiecti, consequentes est, ut propria æqua bonitate in sapientia, vel in laetitate Dei, quæ moueri possit voluntas ad eum diligendum, licet nondum proponatur remunerator.

Tertio, quia non minus mouetur homo timore pœniæ, quam desiderio præmij, ut experientia testatur in multis, qui timore inferni fugunt peccata ergo licet Deus nondum proponeret per fidem ut largitor præmij, sed solū ut index ponens peccatores pœna æterna, non minime posset voluntas excitari ad detectionem peccati super omnia ex metu inferni, & per consequens cum illa attritione posset homo iustificari in sacramento sine fidei Dei remuneratori.

Quarto, quia si illa impotens malitia prout ex eo, quod magis excitetur homo ad effectum ex fide remuneratoris, quam ex fide solium perfectionum Dei, qui non ita cedat in bonum hominis, consequens videtur, quod dilectio illa erga Deum non sit actus charitatis, sed potius amor concupiscentiae: mouetur enim homo ex utilitate sibi ipsi proueniente, a quo adeo ille excessus efficacior, quam fides remunerationis habet, non esset formaliter ad existendum affectum dilectionis ex charitate, sed alium affectum diversum, qui non sufficeret ad iustificationem saltem extra Sacramentum.

Propter hanc ergo ipsi aliter explicit necessitatem hanc fidei de Deo remuneratore ad iustificationem, quam dicunt prouenire, non tam ex natura rei, quam ex Dei decreto, qui de facto noluit iustificare hominem adulterum sine detectione congrua, & proportionata ex parte ipsius: hæc autem dispositio, sicut est actus dilectionis super omnia extra Sacramentum, vel actus attritionis in Sacramento, ad habitum charitatis, & ad formam essentiale iustificantem: ita ad habitum supernaturale fidei, & spei, quorum infusio est etiam pars integralis nostræ iustificationis, dispositio requiriunt actus fidei, & spei. Cum ergo non possit elicere actus spei sine fide. De remuneratori, non poterit homo disponi sufficienter ad iustificationem sine illa fide, quia non licet Deus de facto iustificare hominem non dispositum prius dispositio proportionata ad omnes illos habitus. Quare licet fides Dei infinita latet, & potentis sufficeret ex se ad excitandam Dei dilectionem: Deus tamen de facto homini, qui non se disponit per actum spei adhuc saltem virtualiter, & moraliter perseverantem, hoc est, nondum per deligationem retractatum, non da-

**I. I. III.**  
Opponuntur  
quidam.

auxilium actuale ad dilectionem, vel ad detestationem peccati super omnia, ne iustificetur, sine dispositione peculiari requisita ad infusionem habitus speci. Ita Theologilli discurrunt quibus ex parte confessisse videtur Hurtado *disp. 41. §. 5. & 8.* dicens, hoc magna ex parte pendere ex voluntate Dei, quae nobis in Scripturis reuelata est. Sed tamen postea eodem §. 8. magis videtur nobis adhæsse, dicens hoc fundari in hominum conditione, qui agere mouentur ad amorem Dei super omnia auocantem nos à voluptatibus sensibilibus, nisi allicantur meliorum voluntatum expectatione, imò afferat etiam fundamentum aliud physicum, ex eo, quod in hac vita cognoscimus Deum non immediatè, sed per creaturas que Dei potentia conditæ sunt, & prouidentia gubernantur; quare simul cognoscimus & Dei potentiam & prouidentiam etiam, ad quam pertinet remuneratio, nec homines vnam perfectio nem sine alia in Deo cognoscunt.

116 Hæc tamen secunda ratio Hurtadi non videot omnino subsistere, tum quia non est necesse, quod ubi primum ex creaturis cognoscitur Deus, ut prima causa creaturarum, cognoscatur, ut remunerator, imò aliqui Philolophi putarunt, Deum non habere prouidentiam de rebus creatis, nec de illis curare, quare potuerunt alias diuinæ perfectiones cognoscere sine cognitione Dei remuneratoris: tum etiam, quia fides vtramque perfectionem Dei seorsim reuelat, & prius proponit nobis Deum ut primam causam, & ens à se, quām proponat remuneracionem nobis promissam; neque hoc prædicatum credimus de Deo, quatenus ex cognitione creaturarum ad id confitendum adducimur, sed quia Deus id reuelauit. Quamuis enim in hac vita non possimus Deum cognoscere, nisi per creaturas, hoc est, per species creaturarum, & ad earum similitudinem ablatis imperfectionibus: per fidem tamen non cognoscimus Deum per creaturas, tanquam per medium, & motuum assentiendi, sed per reuelationem, & auctoritatem ipsius Dei, alioquin non esset fides, sed scientia de Deo habita per notitiam creaturarum.

117 Quod vero Recentiores illi dicebant reducendam totam necessitatem huius fidei de Deo remuneratore ad decretum, & legem Dei, nobis non placet: quia si obiecta ipsa, nempe turpitudine peccati, & alia diuinæ perfectiones, codem modo, quo nobis de facto proponuntur, habent efficaciam ad excitandum in nobis affectum dilectionis Dei, & detestationem peccati super omnia ante fidem remuneratoris, non posset de facto hac excitatio impediti sine violentia aliqua, quan Deus inferret ipsis obiectis, & nostris potentias, quando ea obiecta nobis proponuntur. Nam de facto alia perfectiones diuinæ, & turpitudine peccati codem modo proponuntur à Concionatoribus, vel libris, antequam proponuntur, vel concipiuntur, & eliciuntur fides explicita Dei remuneratoris, sicut postea proponuntur; si ergo modus ille proponendi sufficit ad generandam notitiam, & fidem corum obiectorum, generabitur, nisi Deus impedit actitatem illarum specierum, vel saltem negat concursum ad actum supernaturalem. Verumque autem non videtur fieri sine violentia: nam impidere actitatem obiecti sufficenter propositi, ne generet notitiam naturalem, quam posset generare, esset contra debitum naturale, quod Deus habet ut auctor

*Card. de Lugo de Virtute Fidei diuinæ.*

nature: negare autem concursum supernaturalem ad actum supernaturalem tunc elicendum, esset contra statum eleuationis, in quo Deus proposito sufficienter obiecto apto ad terminandum actum supernaturalem, nunquam negat concursum ad actum supernaturalem: & quidem durissimum esset dicere, quod homo non posset tunc illa obiecta reuelata sibi sufficienter proposita credere fide diuina, sed solum fide naturali, & acquisita, antequam proponatur etiam, & creditur articulus de Deo remuneratore. *Quis enim dicat,* puerum baptizatum venientem ad ysum rationis, cui proponitur credendus articulus reuelatus de omnipotencia Dei, cui nomen est propositus articulus de Deo remuneratore, vel qui inculpabiliter errat circa illum, non posse credere fide diuina Deum unum omnipotentem, cùm tamen habeat habitum fidei insula, cui deberet concursum ad actus supernaturales, & obiecta illa, & obligatio credendi sit sufficienter proposita? Posito autem assensu fidei circa illa obiecta, & quidem tali, qualis esset, si creditus iam fuisset Deus remunerator, non potest sine violentia nostra negari à Deo concursum ad actum dilectionis supernaturalis, si fides illa efficaciam habet, ut moueat ad tales actum, nam sicut posita cognitione naturali efficaci ex se ad amorem naturalem, Deus, ut auctor naturæ debet dare concursum in actu primo, ad eum amorem naturalem: ita posita cognitione supernaturali sufficienti, & efficaci ex se, ut excitet amorem sui obiecti, debet Deus ut auctor supernaturalis dare concursum in actu primo ad amorem supernaturalem, quia omni principio cognoscitivo debetur in suo ordine principium appetitum boni propositi. Non posset ergo sine violentia impediti, vel cognitioni obiecti propositi, vel amor obiecti cogniti, ad quem cognitione ex se sufficienter excitat.

Nunc respondeamus ad argumenta contra nostram explicationem proposita. Ad primum negamus, sine fundamento ponì à nobis debilitatem illam ad excitandum amorem Dei, vel detestationem peccati super omnia in ea cognitione, quæ non sit fidei: nam experientia perpetua testatur omnem aliam notitiam de Deo, aut de peccatis in infidelibus nunquam excitatæ efficaciter ad actus etiam naturales dilectionis Dei, vel detestationis peccati super omnia. Nec obstat cognitionem illam esse posse evidentem, qualis non est actus fidei, sed obfiscus: quia in primis actus fidei firmior est, cùm intellectus per illum prudenter firmius credat obiectum quām per illum alium actu ex discurso Philosophico generatum credidisset; qua maior firmitas, sicut magis excludit dubium, & formidinem, ita magis firmiter, & efficaciter mouet voluntatem ad voluntum obiectum, quod magis sine formidine proponit intellectus. Addit, experientia etiam constare quod licet omnes habeant evidentiam moraliter existentiam Romæ, magis tamen quispia, qui eam non vident, mouent ad desiderium eam videnti, quando aliquem oculatum testem audit narrantem, & describentem, quæ Romæ vident, quām antea moueretur à notitia moraliter evidenti, quam habebat. Imò licet fideles omnes per fidem credant peccatum inferni, & earum intolerabile tormentum, magis tamen mouentur, quando aliquis rediuivus narrat quæ apud inferos vident, vel passus est. Experientia enim maximam vim

C c 2 habet

habet ad mouendam voluntatem, & narratio illa testis oculati, & experti habet nescio quam vim proponendi nobis experientiam narrantis, quasi si nostris etiam oculis, & sensibus experiemur. Quam energiæ planè non habent discutens Philosophici, in quibus desfatigata mentis & animæ acie in eruenda conclusione occulta ex suis principiis, cuius obiectum minus etiam distinctè concipit, contentus manet homo veritate indagata, & facilis in speculatione sistit, nec progeditur ab nouum conatum, & labore, in amplectendo obiecto sustinendum: quando verò absque desfatigatione ex simplici narratione rem cognoscit, concipit illam magis distinctè, & in particulari, & vt aliquid de suo addat, mouetur ad bonum illud procurandum Denique experientia, vt dixi, testatur, facilis nunc verulam rudem moueri ex simplici fide de bonitate Dei, & magnitudine præmij ad Deum diligendum, & procurandam salutem, quam olim sapientissimi Philosophi ex notitia Philosophica mouerentur, quod non potest, nisi in debilitatem illius notitia, & in energiam, & efficaciam nostra fidei refundi.

119

Nec etiam obstat, quod cognitione evidens de honestate fidei, v.g. de feditate infidelitatis possit esse, & sit etiam supernaturalis, vnde potest esse & quæ efficax, vt moueat ad detestationem infidelitatis super omnia: hoc, inquam, non obstat, quia, vt dixi *sef. 1.* supernaturitas illa non auger energiam ad mouendam voluntatem, cum ipsa non cognoscatur, nec sentiat: & quamvis cognitione illi ratione supernaturalitatis habeat maiorem connexionem cum veritate, arque adeò ex hoc capite habeat maiorem certitudinem, quam haberet cognitione evidens naturale de eodem obiecto: hic tamen excessus certitudinis impertinens est ad magis mouendam voluntatem, cum nullo modo percipiatur, sicut percipitur major firmitas adhesionis, in qua assensus fidei excedit cognitionem illam evidenter de honestate fidei: nam vt vidimus *supra disp. 6. sect. 3.* firmius credimus per fidem obiectum reuelatum, quam antea per iudicium evidens creditibilitatis credere mus honestatem credendi. Quare sicut iudicium evidens naturale de turpitudine peccati non mouet sufficenter, mortaliter loquendo, ad detestandum illud super omnia, sic nec iudicium evidens supernaturalis cuius supernaturalitas non percipitur, nec major firmitate assentitur, sed proponit obiectum eodem plane modo, quo proponeretur per iudicium evidens naturale, quod tamen debile esset ad illam motionem propter minorem suam firmitatem, vt experientia comprobaverit.

120  
Fides Dei remuneratoris non ideo requiriatur in eo attributo, quam in aliis perfectionibus diuinis, sed quia magis nos mouet eadem Dei bonitas, præcedente notitia remunerationis. Quam

maiorē efficaciam dupliciter possumus explicare. Primo quasi extrinsecè, quatenus desiderium beatitudinis impellit nos, quasi motu extrinsecu ad dilectionem Dei: nam sicut ex amore beatitudinis possumus eligere alia media, & imperare nobis alios actus aliarum virtutum, qui necessarij, vel utiles sint ad salutem; sic possumus imperare nobis actum dilectionis Dei, qui maximè utilis & necessarius concipitur ad salutem, & sine quo motu extrinsecu peccator non applicaret se ad dilectionem, nec eam sibi imperaret,

quare ex hoc saltet capite requiritur fides remuneratoris. Secundò potest esse maior efficacia intrinsecæ, quatenus illa perfectio Dei remuneratrix, licet in se non sit maior quam alia perfectio, nes diuinæ, est tamen aptior ad conciliandū sit nostrum amorem, vt facter videtur Hurtado, & experientia manifestè constat, facilis & ardētus nos amare eriam amore amicitiae eos, a quibus scimus nos diligi, & multè melius apprehendi, & ponderari a nobis eorum perfectiones, que ipso amabiles reddunt, vt merito ille dixerit, *vt ameris, ama.* Vnde & facilis eorum defectus excusat, & dubia interpretantur in meliore partem, sive hoc proueniat ex eo, quod applicamus magis mentem ad ponderanda mortua amoris erga illos, quia tamen respectu aliarum leviter cogitamus, sive quia amor tendit ad coniunctionem, & unione amantis cum obiecto amato. Quare quando vidimus aliquem iam nos amarem, & volenter eandem cum nobis coniunctionem, facilis mouemur ad complendam coniunctionem hanc, quam iam ex altera parte videmos inchoatam; sive id denique ex alio capite prouinat, experientia tamen certissime ostendit, facilis multò nos moueri affectu amicitiae erga illos, qui nos amant. Quid ergo mirum, si homo difficilis moueat at diligentem Deum super omnia propter alias perfectiones diuinæ, quia postquam nouit eum ita promptum ad remunerandum ipsum remuneratione ad liberali, & sublimi, arque idē p̄rærequiri hanc fidem explicat Dei remuneratoris ad extorquendū à nobis difficultem affectum dilectionis super omnia.

Tertium argumentum exigit denique alterius questionis, quæ in plenti poterit occurre, utjam scilicet sufficiat aliquando ad iustificandam nrem fides explicita de pena inferni, quam Dei non ob peccata mortalia statuit, & infligit, an vero ea non requiratur etiam fides de premio ateno bona, meritis correspontente. Ratiō autem dubitans esse potest, quæ in obiectione attingit, quid deinceps mirum non videtur minus efficax ad remunerationem à peccatis timor pœnae, quam si fides premij, nec minus videntur homines moueri ad relinquenda vita ex metu inferni, vnde initium sapientiae dicunt esse timor Domini, & antico sufficiens ad iustificationem in Sacramento concipi potest ex metu gehennæ, vt constat ex Tridentino *sef. 14. cap. 4.* ad illam verò attitionem videtur sufficere fides explicita de penis gehennæ, ex quarum metu concipitur. Quæ potest minus strictè appellari etiam fides remunerationis, nam aliquod remunerationis genus esse videtur condonare penam debitam auerteri se à peccato cum dolore, & detestatione illius, & contingeni in posterum mores suos. Ego tamen non auderem excludere necessitatem aliquius fidet remuneratione, p̄fscindendo nunc à remuneratione naturali, & supernaturali, de quo potest nam verba Pauli id videntur exigere, & pena non est propriè remuneratio. Et quidem difficultum, & mortaliter impossibile videtur, quod aliquis in Deo concipiatur prouidentiam ad punienda peccata sine prouidentia ad remuneranda bona opera. Denique dolor ipse de peccatis efficiat, & absolutus ex quoconque motu si, non sufficit ad iustificationem etiam in Sacramento nisi sit cum spes venia, vt dixit Tridentum *dela sef. 14. cap. 4.* hoc autem venia spes habet non potest, nisi concipiatur Deus attendens ad dolorem

Duplex eff. exacia in fide Dei remuneratoris explicatur.

dolorum de peccatis, & ad desiderium, ac petitionem venie, ut moueat ad eam concedendam, quae est aliqua species remunerationis, qua boni actus peccatoris, ut merita saltem congrua premiantur concessione venia, qua Deus remunerat iam peccatores inquirentes ipsum: quare ex hoc saltem capite iam concipiatur Deus remunerator inquirentibus se, & non solum ut vindicetur, & merus castigator delictorum.

<sup>122</sup> Ad quartum denique argumentum constat ex quodmodo fide dictis, quomodo fides Dei remuneratoris possit re-conducere ad amorem Dei non solum concupiscentiam, quo diligatur, ut bonum nostrum, sed etiam benevolentiam, & amicitiam, quo diligatur propter semper vel excitando spem, & desiderium beatitudinis promissam, ex quibus extrinsecè moueatur voluntas ad dilectionem Dei super omnia tanquam ad medium vtile, & necessarium ad salutem, ex cuius salutis desiderio imperatur ille actus; vel etiam quatenus Deus cognitus, ut remunerator, & ut bonus erga nos, & desiderans, ac procurans nostrum bonum, mouet nos ad facilium eum diligendum amorem amicitiam, sicut facilius eo amoris genere diligimus eos, qui nos diligunt, ut paulo ante explicuimus.

<sup>123</sup> Ex dictis autem inferri potest primò necessariam esse fidem explicitam de existentia Dei, ut colligitur ex verbis Pauli, oportet credere, quia est, & cum S. Thoma quest. 2. art. 4. docet Suarez dict. disp. 12. sect. 3. num. 4. & alij communiter contra Canum lib. 12. de locis cap. 4. & Caer. in cap. 6. ad Hebreos, qui dixerunt, non esse necessariam fidem de existentia naturali Dei, sed de Deo existente, ut est auctor supernaturalis. Quam sententiam latius impugnat Hurtado disp. 42. & breuiter impugnari potest, quia vel in Deo existentia supernaturalis addit prædicatum diuersum supra existentiam diuinam, qua Deus, est Deus, vel nihil addit, sed idem omnino est Deus esse Deum, ac Deum supernaturaliter existere. Si dicas secundum, frustra ergo distinguitur existentia naturalis, & supernaturalis Dei, ita ut de secunda exigatur fides, & non de prima. Si verò dicatur primum, prout auctores illi supponere videntur, negari non potest, quod existentia Dei debeat etiam credi: tum quia Paulus non dicit solum oportet credere, quod remunerator sit, sed prius dixit, oportet credere, quia est, & postea tanquam aliud addens subiungit, & inquirentibus seremunerator sit. Oportet ergo credere etiam, quod Deus sit Deus, & deinde, quod sit remunerator. Tum etiam, quia repugnat fide credere, quod Deus sit remunerator, & non credere simul eadem fide, quod Deus sit. Nam, ut dici solet in summulis, prædicta de secundo adiacente supponunt propositiones de primo, nec potest aliquis credere, Petrum esse album, quin credat simul Petrum esse, quod includitur essentialiter in hoc, quod est esse album: qui ergo fide credit, Deum esse remuneratorem, eadem fide credit, Deum esse, & per consequens existentiam, qua Deus existit Deus. Vide alia argumenta apud prædictos auctores.

<sup>124</sup> Inferritur secundò, necesse etiam esse credere prædicta illa Dei, per quæ distinguitur à creatura, & credere nisi, seu sine quibus à creaturis non distingueretur Dei, tunc, quia alias non creditur esse Deum, sed esse aliquod ens creatum excellentius, & sublimius quam distingueat nobis, quales Dij ab Ethniciis credebantur. Vnde Suarez dict. sect. 3. num. 7. inferr., credi debere,

Card. de Lugo de Virtute Fidei diuina.

cum esse vnum, independentem ab omni alio, ens necessarium, & à se, rerum omnium auctorem, summe etiam veracem, in hac enim Dei veritate fides nostra fundatur, ut in superioribus visum est. Quibus consentit Coninch. disp. 14. num. 116. & sequentibus, & addit debet etiam necessariò credi, Deum esse supremum, habere prouidentiam rerum omnium, ei placere virtutem, & desplicere peccata. Si enim homo ignorat, Deo peccata desplicere, etiam si eum super omnia diligenter, ciuiusmodi dilectio non esset sufficiens dispositio ad iustificationem, quia nec virtute continetur contritione de peccatis, qui enim ignorat, Deo peccata desplicere, etiam si Deum diligit, non est paratus ad dolendum de peccatis, si eorum memoria occurreret, nec ad ea vitanda, ne Deum offendat. Vnde inferr. n. 119. in hoc rerum ordine non expedire, quod Deus de facto auxilium praestet ad ciuismodi sui dilectionem homini tali ignorantia habituali laboranti. Facilius tamen dici potest eam dilectionem de facto non posse dari sine fide Dei remuneratoris propter rationes <sup>suprà</sup> adductas, nec Deum posse concipi remuneratorem bonorum operum, quin appareat hæc ei placere, & vita desplicere. Vnde eo etiam ipso creditur prouidentia Dei; non potest enim esse remunerator, sine cura & prouidentia bona gubernationi necessaria.

Eodem modo necessaria est fides explicita de immortalitate animæ, vt notant Suarez dict. c. 3. in fine, & Coninch. vbi suprà num. 122. quia ut ponderauerit Suarez, præmia, aut supplicia temporalia non mouent sufficienter ad conuersationem, & detestationem peccatorum ita vniuersalem. Non explicat verò, an sit necesse necessitate medijs credere, animam ex natura sua esse immortalem, neque ego video fundamentum cogens ad eam necessitatem ponandam. Si enim concipiatur anima in eternum duratura, præscindendo ab eo quod id proueniat ex natura nostra animæ, vel ex Dei beneficio supernaturali, & quæ homo mortuus posset, quantum est ex parte obiecti, ad fugienda peccata; si tamen explicitè crederetur, eam immortalitatem non esse animæ connaturalem iam actus ille esset falsus, atque adeo non esset actus fidei diuinæ sufficiens, aut idoneus ad iustificationem.

Addit idem Coninch. num. 124. eadem necessitate requiri fidem explicitam, qua homo credit, Necessaria est se non posse suis viribus à miseriis erui, & ater- fides expliciti- na illa præmia consequi, quia sine hac fide non <sup>ra</sup>, qua homo credat, se non est sufficiens dispositus, ut conuenienter ranta posse suis vi- bona à Deo recipiat, qui hæc ab eo nullo modo <sup>rius à misericordia</sup> sperat accipere, sed putat absque Dei auxilio suis <sup>rius erui, &</sup> viribus ea si aliquid debere. Minus tamen strietma consequi loquitur Suarez dict. sect. 3. num. 19. vbi, licet per se loquendo dicat exigi sufficientem fidem de necessitate gratiae, & auxilij diuini ad iustitiam, & remissionem peccatorum obtinendam, non tam videtur dicere necessarium, ut in omni eventu id credatur per fidem adeo explicitam, ut per diversos conceptus, & per actus differentes habeatur. Et quidem, si credi debet remuneratione supernaturalis, satis videret ibi contineri necessitas auxiliij diuini, cum ad consequendum aliquid supra vitæ naturæ, necessarium sit auxiliu aliquod supra vitæ nostræ. Rursus, qui veniam petit, aut sperat peccatorum, eo ipso agnoscit necessitatem gratiae diuinæ; omnis enim, qui debitum remittit, gratiam aliquam praestat. Denique eo ipso,

Ccc 3 quod

quod Deus credatur remunerator, & supremus, ac omnipotens Dominus, creditur dependentia ab ipso in consequitione nostræ salutis, & quod utiliter orare possumus eum, qui cum omnipotens Dominus sit, potest nos saluos facere, vel permittere ruinam nostram.

**127** Maior est difficultas, an per fidem necessariam ad Deo remuneratore debet credi explicitè remuneratio supernaturalis. Affirmant communiter plures, Suarez dicta *sef. 3. n. 8.* idem videtur supponere Coninch. dicta *disp. 14. dub. 9. n. 115.* explicitè remun. in fine, vbi dicit, necessariam fidem explicitam de necessitate fidei naturali.

Granado *controversia prima de fide tract. 10. disp. 2. feit. 1. num. 2.* cum Michaeli Medina lib. 4. de *recta Deum fide cap. 8. ad finem*, candem sententiam tenent Cajetanus, Bañes, Valentia, Aragonius, Lorca, & Turrianus, quos affect Hurtado *in praesenti disp. 43. feit. 1. vbi* tamen dicit S. Thomam *in praesenti quaest. 2. art. 3.* loqui de necessitate saltem præcepti, & in *11. ad Hebr.* non exigit explicitum conceptum de supernaturalitate remuneracionis.

**128**

Ipsa vero Hurtado *ibidem feit. 7.* probable putat, sufficere de necessitate medij. fidem, qua explicitè credatur Deus, vt remunerator præcindendo à supernaturalitate remuneracionis. Pro qua sententia affect Molinam *1. I. quaest. 1. art. 1. disp. 1.* & Victoriam, & alios, quos tacito nomine refert Turrianus *disp. 26. dub. 4.* & sectionibus præcedentibus explicat loca Patrum, Scripturæ, & Conciliorum, in quibus vel solùm exigit fides supernaturalis in entitate, non verò de obiecto materiali supernaturali, vel agitur de necessitate præcepti, vel explicatur aliquorum fides de obiecto supernaturali ratione cuius iustificari potuerunt, non verò adstruitur necessitas talis fidei explicitæ in omnibus, vt iustificari possint. Endémque sententiam amplecti videatur Ripalda *de ente supernatuli disp. 63. num. 24.* Vbi loquens de fide requisita ad disputationem ultimam, vt homo iustificetur, probat, eam posse esse cognitionem supernaturalem evidenter tam ex notitia creaturarum naturalium; nam rufici, inquit, homines nulla memoria revelationis divinae, cui assentitur fides stricta, diligunt ardentissime Deum propositum, vt Creatorem, sapientem, largitorem munierun naturalium, & alii attributum perfectum, quo sequuntur ex notione creaturarum visibilium. Hunc autem amorem non esse illi salutarem, & supernaturalem, impium est credere.

**129**

*Causa questionis multipliciter proponitur.* Suppono, multiplicitate posse casum questionis proponi. Primo, vt aliquis explicitè credat, Deum concedere hominibus suam gratiam in hac vita, & visionem clarum sui in altera vita, non tamen explicitè hanc omnia concipiatur esse supernaturalia. Secundo, vt aliquis explicitè solùm credat, Deum esse remuneratorem, non concipiendo qualis ea remuneratio sit, sed præscindendo à præmio naturali, vel supernaturali, à beatitudine in alio bonorum genere, & à beatitudine cœlesti, qualis de facto datur. Tertio, vt concipiatur explicitè remuneratio supernaturalis, & eius supernaturalitas. Quartò, vt credatur explicitè remuneratio aliqua naturalis. Quinto, deniq; vt ita sola creditur remuneratio illa naturalis, vt negetur omnis alia supernaturalis. Ex his itaque modis secundum non credo esse necessarium necessitate medij. Nam vt bene probat Hurtado §. 35. prædicatum supernaturalitatis rarissimum concipiatur explicitè extra scholas, & scholasticos disputantes de supernaturalitate vobis bearæ, gratiæ habitualis, &c. Quare si credatur explicitè remuneratio talis, qua specificatur supernaturalis iuxta primum modum sumpsum, licet non concipiatur explicitè ut ipsa naturalis, non videtur dubium, quid sufficiat de necessitate medij. Rursus si credatur explicitè remuneratio naturalis cum exclusione alterius supernaturalis iuxta quintum modum positum, actus erit falsus, atque adeo non erit actus fidei, nec sufficiens ad iustificationem.

Difficultas est de quarto modo (& eadem est ferè de tertio) quando concipiatur remuneratio naturalis absque exclusione supernaturalis, & in hoc sensu puto negari à Theologis communiter fidem sufficiat, sed debet concipi explicitè remuneracionem talis & tanta perfectionis, que specificatio saltem sit supernaturalis, quantum eius supernaturalis explicitè non concipiatur. Et viderur sanè esse iuxta mentem Pauli, & eius contexturam, qui illo cap. 1. ad Hebreos, postquam dixit: *Credere enim oportet accedendum Deum, quia est, & inquireribus seruenter sit.* Et inde probavit, Henoch habuisse hanc fidem, & aliorum etiam Patriarcharum, & Sandrom fidem proposuit, conclusit de illis omnibus: *Iuxta fidem defuncti sunt omnes infracepti reprobationibus, sed a longe eas sufficienter. & salutantes, & confortantes quia peregrini & bipites sunt super terram. Qui enim hac dicunt significant se patriam inquirere, nimurum cœlestem, de subiungit: Nunc aut meliore inquirunt, id est, cœlestem.* Quare de iis omnibus videtur supponere, habuisse fidem remuneracionis cœlestis, quam tamen fidem in Henoch non aliter probaverat, nisi ex principio illo generali, quod accedendum ad Deum oportet credere, quid remunerator sit: Illud ergo principium vniuersaliter intellexit de fide remuneracionis cœlestis; alioquin non potuisset postea concludere vniuersaliter de omnibus illis, quorum vnu erat Henoch, quod fidem haberunt remuneracionis cœlestis.

Ratio etiam huius necessitatis ex dictis reddi potest. Primo, quia de facto non est revelata à Deo remuneratio aliqua naturalis æternæ, sed sola supernaturalis & cœlestis. Si ergo fides credit remuneracionem æternam, debet credere eam, quam Deus de facto promisit, & redit, quia est sola supernaturalis, atque adeo concipiatur remuneratio supernaturalis saltem specificatio; id est Tridentinum *sef. 6. cap. 6.* dixit, hominem disponi ad iustificationem credendo vera esse, quia diuinus reuelata, & promissa sunt. Secundo, quia omnis alia remuneratio naturalis enim æterna non esset sufficiens ad extorquendam obseruantiam totius legis, & abnegationem sui ipsius per detestationem, & fugam peccatorum super omnia: quis enim propter solum statum puerorum, qui sunt in limbo, ad id moneretur quos tamen pueros aliqui graues Theologi dicunt habituros felicitatem quandam naturaliem æternam, quos & eorum fundamenta referuntur Salas 10m. 2. in 1. 2. tract. 13. disp. 11. feit. 6. numero 88. & sequentibus. Requiritur ergo fides de superiori, & excellentiori præmio quale Chilia na fides nobis proponit. Nec denique sufficiens sola de poena æterna inferni ab illo vilafide remuneratoris, quia vt supra vidimus, ut atritio

cx

ex metu gehennæ disponat sufficienter ad iustificationem in sacramento, requiritur quod sic cum spes venia: hæc autem spes supponit ad minus fidem de liberalitate Dei remunerantis merita congrua, & dispositiones nostras concessione venia, quæ quidem non est remuneratio naturalis, sed supernaturalis, cùm remissio peccati obtineri non possit per vires naturæ, nec sit naturæ debita, præfertim remissio peccati includens remissionem penæ æternæ quæ de facto datur, cuius postrema pars est pena danni consistens in carensia gloriae cælestis. Atque ut dicebamus, de facto non contingit aliquem habere fidem de inferno, & non de gloria cælesti, cùm vtrumque exterrum simul per fidem proponatur, & infernus ipsæ non proponatur, nisi ut exilium, & ablegatio perpetua à gloria cælesti.

132 Fator tamen, adhuc mihi restat scrupulus circa prædicta Pauli verba: *Credere oportet accedentem ad Deum, &c.* quibus hanc communem sententiam probant Theologi; nam vel Paulus loquitur ibi de necessitate fidei horum obiectorum ad iustificationem, vel de necessitate ad perseverandum in accepta iustitia per diuturnam mandatorum obseruantiam. Si loquitur de necessitate ad iustificationem: quomodo ergo ex eo quod Henoch placuit Deo, colligit ipsum habuisse fidem horum obiectorum. Credibile enim omnino est Henoch non fuisse primò iustificatum per propriam dispositionem, sed per remedium, quod in lege naturæ applicabatur parvulis ad tollendum peccatum originale: nam licet vñus Erasmus, quem viderim super illum Pauli locum insinuat Henoch ortum fuisse ex parentibus iustis; hoc tamen non video, quo fundamento assertur, nec etiam ex hoc colligitur eius parentes fuisse infideles; præfertim cùm ortus fuerit ab ea familia, in qua potissimum fides & cultus veri Dei seruatus fuit ab Adam usque ad Abraham: quare licet non fuisse iusti, fuerunt tamen fidèles, & per consequens applicarunt proculdubio suo filio remedium peccati originalis: ergo ex eo, quod fides horum obiectorum necessaria sit ad iustificationem, non colligeret bene Paulus, Henoch habuisse hanc fidem: cùm Henoch in infancia fuerit iustificatus. Si vero Paulus non loquatur de necessitate ad iustificationem, sed ad perseverantium in iustitia per obseruantiam mandatorum: obstat in primo Tridentinum *vbi supra*, vbi numeratis dispositionibus, preparationeque ad iustificationem, subiungitur: *De hac dispositione scriptum est, accedentem ad Deum oportet credere, quia est & quod inquireribus se remunerator sit.* Ergo Paulus de dispositione ad iustificationem loquitur. Obstat deinde communis Theologorum consensus ex prædicto Pauli testimonio colligens necessitatem huius fidei ad iustificationem. Obstat denique proprietas illius vocis *accidentem*, quia vitetur Paulus, quæ in rigore videtur sonare coniunctionem, non perseverantium; & denique obflat, quia post acceptam iustificationem nō videtur necessaria fides actualis horum articulorum: nam parvulus in infancia baptizatus, quando venit ad vñsum rationis potest intrui priùs de fide vniuersitatis Dei, quam de remuneratione; & ex illa fide potest vnum, vel aliud opus bonum, & meritum elicere, præfertim in sententia Valsquez, & aliorum, concedente meritum de condigno actibus bonis naturalibus factis ab homine grato: ergo sine fide virtusque articuli

explicita placet Deo, & accedit ad Deum iste per merita actualia. Hæc fanè difficultates, nec leviter attinguntur ab interpretibus illius loci; nec à scholasticis, qui ex illo loco passim conclusiones Theologicas solent comprobare.

In re tamen difficult dicendum videtur Paulum nomine *accidentem ad Deum*, non intelligere solum accedentem per primam iustificationem, neque etiam solum perseverantem per diuturnam mandatorum obseruantiam, sed vtrumque: uterque enim dicitur verè accedens ad Deum: ille scilicet, qui per peccatum longè erat, per iustitiam propriæ accedit; & ille etiam, qui per mandatorum obseruantiam propriū accedit; neque enim longè distabat Iacob, cùm audiuisset ab Isaac Genes. 27. *Accede huc ut tangam te fili mi.* Neque etiam erant in statu peccati fideles ijs, ad quos idem Paulus ad Hebre. 1. o. ait: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, &c.* & alibi passim: Senus itaque Apostoli est, accedentem ad Deum, siue per primam iustificationem, siue per progressum diuturnum iustificationis, qualiter accedit Henoch, necessariā habere fidem Dei remuneratoris, siue qua, ut suprà dixi moriliter, est impossibile converti hominem ad Deum super omnia, vel etiam tentationes occurrentes per longum tempus superare; licet alioquin vnum, vel aliud opus meritorum siue illa fide elici posset. Ex quo arguit bene ad probandam fidem Henoch. Ipse enim accessit ad Deum, siue per primam iustificationem, siue per longam legis obseruantiam, ergo habuit fidem Dei remuneratoris, siue qua neutrum posset habere accessum ad Deum: quia licet siue illa fide explicita posset vnum, vel aliud exiguum opus bonum elicere: illud tamen non est propriè accedere, cùm ferè tam distans adhuc maneat à Deo post illud opus: sicut neque si accedat per medium digitum spacijs dicitur simplicer accedere homo ambulaturus.

Ita scriperam, & responderam ante 25. annos dum materiam de fide in s̄ holis Auditoribus meis in Hispania dictarem: qua occasione P. Hurtado dis. 40. sect. 3. §. 16. hanc difficultatem de Henoch tetigit, & tandem ibi, & dis. 41. §. 3. concludit Paulum loquutum fuisse de fide, quæ per se est necessaria ad primam iustificationem, quæ eadem est etiam necessaria ad totam, & diuturnam obseruantiam legis, in qua legi includit actus dilectionis, & ipe, qui siue ea fide esse non possunt, in quibus nobiscum conuenit. Addit tamen in priori loco Preceptum Gazeura putasse, Henoch fuisse peccatorem, & adeo dignam penitentiam egisse, vt fuerit exemplo sanctitatis, quod nec prole, nec contra se graue fundamentum haberet: ipse vero concludit §. 18. probabile facit sibi esse, Henoch propria dispositione fuisse iustificatum, siue quia ex infidelibus parentibus ortus fuerit, ut voluit Erasmus, siue quia illi non conculerunt ei Sacramentum legis naturæ ad remedium peccati originalis. Ego tamen id non credam, nec vñum fundamentum video eam negligientiam parentibus Henoch imponendi. Vnde Pererius lib. 4. in Genesim in verba illa capituli quinti *ambulauitque cum Deo*, adducta Gazzo dicente, Henoch fuisse prius peccatorem, & postea penitentem, subdit. *Quod miki sane non sit verisimile, cum nihil tale vñpiam significet scriptura, nec de tali, & de tanto viro id sentire consentaneum est, quinimo Caeteranus ex eo quod bis dicitur hoc loco Henoch ambulasse cum*

133  
Nomine ac-  
cedentis ad  
Deum, quid  
Paulus in-  
tellexerit.

Henoch an-  
fuerit pecca-  
tor. Et post-  
modum pa-  
nitentiam  
egreditur

*Deo, indicari existimat eum per totam vitam, & à pueritia usque fuisse sanctum, & charum Deo.*  
*Parentes Henoch, nec infideles fuisse, vel impios in non conferendo sacramento legis illius parvulo suo filio, cun sancti Patres & interpres omnes faci pro comperto supponant, veram religionem, pietatem, fidem, & cultum veri Dei in familia illa, & progenie Sethi usque ad Noë perdurasse, in hisque potissimum Ecclesiam Dei eo tempore conservatam fuisse: ideo cap. 6. nota illa progenies filij Dei appellantur propter pietatem, & cultum veri Dei in ipsa permanentem, ut testatur Chrysostomus. Cyrilus, Theodoretus Rupetus, & Hilarius apud Cornelium in cap. 6. Genes. August. lib. 13. de Civit. Dei cap. 23. quibus addi potest Iosephus lib. 11. antiqu. cap. 4. dicens, *filios Seth per septem generationes perseverasse unum Deum colentes omnium rerum Dominum, semperque virtutis respectum habuisse.* Imò addit Salianus anno mundi 623. Henoch datum esse à Deo eius parentibus ob eorum pias preces, & votum, quo eum Deo dedicauerant, id est que ipsum eo nomine appellas, quia Henoch interpretari possumus quasi *dedicatus*. Vide obsecro, quo fundamento possumus probabiliter iudicare eiusmodi homines vel infideles fuisse, vel impios, ut filium suum sacramento fidei priuare voluerint.*

135 Concedit denique idem Hurtado *dicitur* *disp. 41. §. 1. & 2. non esse necessarium fidem illam explicitam Dei remuneratoris ad quolibet incrementum gratiae habitualis: quia ex aliis actibus fidei haberi potest motiuum sufficiens ad exercendum aliquem actum bonum supernaturalem, quo gratia augatur, licet non sit sufficiens ad detectionem peccatorum disponentem ad primam iustificationem, nec ad diuturnam perseverantiam in bonis operibus.* Addit tamen §. 4. non ideo necessariam est hanc fidem remuneratoris, quia necessarius sit actus fidei propriè dictus, ut distinguatur à charitate, & aliis virtutibus, sed necessariam est cognitionem retributionis, quam amare possumus ex formalis charitatis oblecto. Est enim feruentior actus charitatis, qui oritur ex cognitione bonitatis diuinæ, ut clare concipitur, ut fons, & scaturit ex retributionis aeternæ: nunc enim & Deus amat nos propter eam bonitatem, & propter hanc amat eum eius retributio, propter quam ut propter proximum objectum formale possumus ferre patienter eternas. Hæc ille, quæ mihi probari non possunt; opponunt enim fundamentis, quibus necessitas fidei de remuneratione nascitur, & alieni proculdubio sunt à mente Patrum, qui id est, ut vidimus, necessariam dicunt esse retributionis notitiam, quia nisi homo fructum sibi, & commodum speraret, labores, & pôdus diuinæ legis obseruanda non sustinebit. Sic enim dixit Theodoretus supra adductus: *Qui non habet etiam credidisse, virtutis labores non sustinet: neque enim agricola in agro colendo sudores toleraret, nisi se laborum fructus relatarum speraret;* &c. & S. Thomas supra etiam adductus: *Aliter enim (inquit) nullus iret ad ipsum, si non speraret aliquam remunerationem ab ipso.* Nec satisfacit dicere, quod sperat quidem homo beatitudinem, sed hanc ipsam non amat ultimò ut bonum suum, sed ut bonum Dei, & ad Dei gloriam, atque ideo non est actus proprius spei, ut est virtus distincta à charitate, sed sola charitas sufficit,

ex qua diligitur Deus, & propter Deum desideratur, & speratur beatitudo nostra, non sicut in nobis, sed quia resultat in bonum Dei. Hoc (inquam) non satisfacit, quia Patres notitiam remunerations ideo necessariam esse volunt, quia homo, nisi alleactus à bono proprio, non sustinet patienter onus diuinæ legis. Si autem remunratio solum desideratur ex motu charitatis propter gloriam, quæ Deo resultat, non est necesse talis retributionis notitia ad eos labores patientes. Si enim mouetur homo sufficienter ex desiderio gloriae Deo resultantis, eodem modo posset credens, quod ex bonis suis openib[us] resultat gloria Deo, & diuina voluntas impletur, imo etiā sciret se esse perpetuū apud inferoscandum, cum tunc etiam maneat totum charitatis motiuum. Patres autem, ut vidimus, volunt necessariam esse retributionis notitiam, ut homo efficaciter mouatur: & merito, quia licet aliquis vir sanctus, & perfectus posset aliquando Deum ita ingenuè ex charitate diligere, ut etiam sciret se reprobū esse, adhuc eum diligenterad hunc utram dilectionis gradum non perirent, nisi precedentie in initio notitia retributionis, & incipiendo ab eius desiderio, nec etiam longo tempore in illo charitatis affectu, & obseruante legi perseveraret, nisi retributionis ipse interdomus leuaretur. Denique quando Paulus 1. Corin. 13. de charitate dicit, *quod omnia sperat, non confundit illam cum virtute spei, sicut nec cum virtute fidei, cùm dicit, quod charitas omnia erat, sed ostendit efficaciam charitatis ad imperatos actus proprios aliarum virtutum Theologiarum, qui sunt actus propriæ fidei, & spei, ut notat S. Thomas in eum locum *lectione*.*

### D I S P U T A T I O XIII.

De necessitate præcepti, qua fides necessaria est.

- SECTIO I. An detur præceptum de actu interno fidei, & quale illud sit.
- II. Ad quam virtutem spectat præceptum fidei.
- III. Quorum obiectorum necessaria sunt ex præcepto fides explicita ante adventum Christi.
- IV. Quorum obiectorum fides explicita necessaria sit ex præcepto in legi euangelica.
- V. De aliis, quorum fides, vel notitia explicita fidelibus necessaria est.
- VI. Primum hoc obligatio fidei explicita sit de iure diuinio, vel humano.

**D** IXIMVS de necessitate medijs; nunc Deum dicendum est de necessitate præcepti. Est autem duplex præceptum fidei. Primum de actu interno: secundum de confessione externa nostre fidei; nunc agimus de primo præcepto, de secundo autem dicemus disputatione sequenti.

SECTIO I.